ZVLAGA GEDANENSIVM

CIVITATI

AB

ORDINIBVS

ASSERTA

MDCCLXI.





GEDANI.
TYPIS THOMAE JOANNIS SCHREIBERI,
SENATVS ET ATHENAEI TYPOGRAPHI.


BIBLIOTEKA ELBLĄSKA


Biblioteka Uniwersytecka
Toruń





Nemo facile prævidiſſet, controverſiam de Zulaga, civitati, primum regnante Vladislao IV motam, & ab aula deſertam, poſt centum & viginti annos, poſtque duo pro civitate Regia decreta, ac unum diploma Regium, repetitum, ſimul Magiſtratui peculatus crimen, quaſi Sacræ Regiæ Majeſtati ſupra tres thalerorum milliones intervertiſſet, cum ne unum quidem nummum in ſuos uſus receperit, intentatum iri. Utrumque tamen proximo anno accidit, non ſine civitatis cujus vetuſtiſſimum jus laceſſitur iterum, & omnium Ordinum, quorum integritati, per Magiſtratus nomen labes aſpergitur, injuria, qui cum & civitatis & famæ ſuæ cauſam apud Sacram Regiam Majeſtatem, Dominum Suum Clementiſſimum, ac Iluſtriſſimos & Excellentiſſimos Regni Miniſtros egerunt, hoc patriæ, & ſibi debere credunt, ut etiam eos edoceant,

ad



ad quos rumor, de renovata dudum jam ſepulta lite delatus eſt, ejusque memoriam ad poſteros ut præmoneantur, transmittant.

Eſt Zulaga, civium mercatorum, certa ex mercibus quas mari recipiunt, aut in regiones transmarinas dimittunt, collatio, jam Teutonici Ordinis temporibus orta, & quidem ex civitatum Hanſæaticarum, in quarum numero Gedanum fuit, decreto, quæ quoties commerciorum maritimorum commodum & ſecuritas, extraordinarios exigebant ſumtus, mercibus tributum, quale inter ipſas conveniebat, in certum tempus imponebant. Tributum hoc vocabatur *Pfundzoll*, aut *Pfundgeld*, a libris *Pfunden*, quod pecuniæ eſt vocabulum, ſupereſtque in *libris flamingicis*, *Flaemiſchen Pfunden* negotiatoribus ſatis notis, quia *Pfundzoll* ex mercium pretio, quæ libris æſtimabantur, ſolvi ſolebat: quod *Schützius* in hiſtoria Pruſſica *f. 94. p. 1.* deſcribit, ac ſimul oſtendit, fuiſſe ab Ordinis Teutonici *Pfundzoll*, licet nomine non differret, plane diverſum.

Ordo enim Teutonicus, etiam inſtitunt, ad civitatum Hanſæaticarum imitationem, *Pfundzoll*, ſed non ad tuenda & amplificanda commercia maritima, verum in ſuum uſum, Pruſſiæ & omnibus Hanſæaticis civitatibus multum obnitentibus, de quo Schützius citato & aliis locis legendus eſt. Tandem Pruſſiæ civitates Culma, Thorunum, Elbinga, Regiomontum & Gedanum, quæ omnes fœdere cum Hanſæaticis junctæ, cum diutius reſiſtere haud poſſent, invitæ conſenſerunt, facta cum Magiſtro Ordinis Teutonici a. 1443 conventione, cujus ſummam *Schützius f. 151. p. 2.* exhibet. Hoc Pfundzoll intelligit Rex Poloniæ, Caſimirus, quando in privilegio

incor-

incorporationes Pruſſiæ, daciam, quæ in vulgari *Pfundzoll* dicitur, tollit, abrogat, deponit, ac ſolutionem perpetuis temporibus reſolvit, dimittit & relaxat: idque patet ex verbis, quæ præcedunt, ubi Caſimirus de Magiſtri & Ordinis injuria queritur, quod a mercatoribus ſubditisque Regis dacia *Pfundzoll* exacta ſit.

Antiquius civitatum Hanſæaticarum *Pfundzoll* aut *Pfundgeld* eſt vera mater Zulagæ Gedanenſis, vetuſto nomine abolito, cum quaſi in aliam familiam tranſiret, & non in communem illarum urbium, ſed in ſolius civitatis Gedanenſis uſum, neque ex Hanſæatico, ſed Magiſtratus & civium Gedanenſium decreto penderetur. Tum enim ſimul cum aliis civium collationibus generali vocabulo *Hülfgeld*, poſtea ſegregatum a cæteris, peculiari nomine, *Zulaga* appellata eſt, quod in hunc diem ipſi manſit proprium.

Translato enim ab Ordine Teutonico ad Caſimirum Regem Poloniæ, Ejusque Sereniſſimos Succeſſores, Pruſſiæ imperio, eodem, quo memorabilis hæc contigit mutatio, anno, & quidem poſt menſes aliquot, Gedanenſes in bellum adverſus veteres, ſed jam abdicatos Dominos, pecunias ſubſidiarias decreverunt, ſcilicet ex cujusvis facultatibus, ex navibus & mercibus, evehendis & advectis, ex omnibus potulentorum, domeſticorum & exterorum, generibus. *Schützius f. 209. p. 1.* Ubi notandum, pecunias ſubſidiarias ſucceſſiſſe in locum antiqui Pfundzoll vel Pfundgeld Hanſæaticarum civitatum; deinde pecunias illas ideo ſubſidiarias appellatas, quia ſubſidio erant reditibus ordinariis, cum hi ſumtibus publicis non ſufficerent; denique pecuniæ ſubſidiariæ varia fuiſſe genera, quod citatum

citatum modo exemplum docet. Præterea non ſilendum, pecuniam illam ſubſidiariam ex navibus & mercibus, diverſam ab ea fuiſſe, quæ portorii nomine ſolvebatur, quia portorium erat perpetuum, & binos ex marca efficiebat nummos, hæc vero pecunia ſubſidiaria ternos, ut etiam pro nullo vectigali habenda eſt, vectigalibus per *privilegium incorporationis* in omne tempus vetitis, quæ inſtituere Gedanenſibus non licebat.

Proximo anno, nempe 1455. ſequebatur Caſimiri de legibus ferendis, & pecuniis ſubſidiariis ſciſcendis privilegium, Petricoviæ, conſciis & conſentientibus Regni Senatoribus & Pruſſiæ Conſiliariis, (A)adſcriptis, qui præſentes fuerint, Senatorum nominibus, Gedanenſibus datum, quod tamen poteſtatem irrogandi civibus extra ordinem & in ſubſidium onera non primum contulit, ſed jus, quod privilegio antiquius eſt, confirmavit, ut aliquando civitas non ſolo uſu, ſed etiam litteris Regiis, jus hoc ab iis, qui oppugnaturi eſſent, tueretur: & ne quis exprobraret, eſſe hoc privilegium gratuitum, & beneficium merum, commemorat in præfatione privilegii ſui Caſimirus merita, quibus impetratum, & quidem ardentiſſimum Regi inſerviendi ſtudium, immenſos in publicam rem ſumtus, intemeratam fidem, ingentes ſummas pro ſtipendiariis militibus erogatas, res terra & mari præclare geſtas. „His igitur rationibus adductus, confert Caſimirus, Præconſulibus, Conſulibus, Scabinis, juratis opificibus, & communitati, Regiam & plenam poteſtatem, conſilio & conſenſu prudentiorum & inter cæteros magis conſpicuorum civium, intra ſuas civitates, prout temporis & rerum conditio exigeret, pecunias ſubſidiarias in omnis generis bona

„&

„ & *merces* & omnes res, quoties necesse & utile videretur, uti „ placeret, constituendi, quam facultatem nemo ullo tempore sibi „ arrogaret, aut jus in eam prætexeret, aut Gedanenses in ejus „ exercitio, nomine Successorum Regum Poloniæ impediret tur- „ baretve „.

Ergo Casimirus simul hoc pecuniæ subsidiariæ genus, quod mercibus imponi consueverat, confirmavit, nec tamen pro vectigali habuit, quæ omnia paullo ante abrogaverat, ut nullo tempore ea renovare liceret: & cum speciatim Gedanensibus, in illorum pri- (B) vilegio præcipuo (Haupt-Privilegio) a. 1457. omnia vectigalia & onera maritima interdiceret, „ simul tamen voluit, ne privilegio „ de pecuniis subsidiariis derogaretur, sed illud in omnibus maneret „ illibatum „. Nec minus exemplum, proximo post privilegium de pecuniis subsidiariis anno, ipsum privilegium explicat, pecunia subsidiaria omnis generis mercibus terra & mari advectis & evehendis irrogata: de qua Schützius ad dictum annum legendus est.

Hoc suo jure usa est civitas, quoties Ordinibus necesse visum, cum aliis rebus, tum mercibus maritimis civium, pecunias irrogare, in quorum simul potestate fuit, definire, quantum & quousque solvendum esset, tempusque constitutum novo consensu prorogare, ac ipsam pecuniam, pro necessitate publicorum sumtuum, modo minuere, modo intendere. Constant hæc ex iis, quæ de Zulaga, nam hoc vocabulum de pecunia subsidiaria ex mercibus maritimis, jam tum obtinebat, annis, qui proxime Stephani regnum præcesserunt, tum quibus Stephanus regnavit, tum qui Stephanum secuti

ab

ab Ordinibus decreta ſunt. Contraxerat civitas ſine ſua, ſed ſola ſpeculatorum Regiorum culpa, quod genus hominum ex hiſtoria Sigismundi Auguſti notum eſt, gravem Regis Daniæ indignationem. Cum enim ſpeculatores illi libera navigatione turbata, Danorum negotiatorum naves & merces intercepiſſent, ac in portum Gedanenſem abduxiſſent, ut prædam partirentur, Daniæ Rex illatam ſubditis ſuis injuriam in Gedanenſibus, quod ſpeculatores portu ſuo non prohibuiſſent, vindicaturus, eorum naves & merces detineri ac freto Danico intercludi juſſit, donec jactura, quam feciſſent mercatores Dani, pecunia ſarciretur. Quæ ut conferri poſſet, Ordines a. 1572 Zulagam in annum unum decernebant, prorogabantque, cum interregnum poſt Sigismundum Auguſtum, novos ſumtus exigeret, ad 25. Martii anni 1575. deinde ad 24. Junii, mox ad eundem diem ſequentis anni, rurſus in annum unum, a. 1576 iterum in annum, & cum 1578. 1580. 1591. minueretur, ſpatium Zulagæ ſimul in ſequentes annos proferebatur, & quidem a. 1590 conſtitutum, non prius finire Zulagam, quam conflatum æs alienum diſſolutum eſſet. Hæc partim iisdem annis de Zulaga decreta ſunt, quibus de partiendo portorio cum Stephano actum, Ipſe in communionem portorii receptus eſt, ac in ejus locum Sigismundus III ſucceſſit, nulla tamen Zulagæ facta mentione: quod ſatis probat, Zulagam a portorio plane diverſam fuiſſe, ſecus ac noſtra ætate nonnulli exiſtimarunt, quaſi Zulaga & portorium inter ſe eſſent juncta aut jungi deberent. Contra Ordines, qui Zulagam decreverant, eandem aliquoties prorogabant, minuebant & tandem a. 1595 abrogabant, Stephano & Sigismundo III inſciis; quod argumento eſt, Zulagam ad Reges nihil pertinuiſſe, alias de eadem ſine Illorum conſenſu, haud aliquid decerni potuiſſet. Hoc

Hoc exemplum ſatis eos confutat, qui hodie Zulagam additamentum portorii vocare non verentur, eamque ut portorium cum Rege dividi volunt, cum tamen Stephanus a quo omne in portorii dimidium Sereniſſimis Ejus Succeſſoribus jus eſt, ex Zulaga nihil poſtulaverit, alto in tractatibus portorii de Zulaga ſilentio, tantum abeſt, ut aliquid ex Zulaga acceperit, qui in portorii communionem venire haud potuerit, niſi poſt ejus auctionem binumalem, civitatis conſenſu factam. Si etiam Stephanus Zulagæ conſors evaſiſſet, ac in hoc ejus jus Sigismundus III ſucceſſiſſet, quomodo Regibus his ignaris, Ordines Zulagam modo prorogare, modo minuere, tandem plane tollere, ſicque ſuo arbitrio de reditibus Regiis ſtatuere potuisſent? Juſta ſane deſtituuntur ratione, qui aut invidia in civitatem, aut partium ſtudio, aut ignorantia, Regi vindicant Zulagam, etiam ſolicite ad calculos revocantes, quid ipſi pro prioribus annis, quibus nihil acceperit, debeatur.

Sublata a. 1595 Zulaga, cives mercatores paucos annos manſerunt immunes, cum Ordines 1598 eam renovarent, ære alieno ad ducenta & quinquaginta florenorum millia aucto, & litibus, quibus in aula Regia exercebatur civitas, præſentem pecuniam exigentibus. De hac Zulaga abroganda a. 1607. 1610. 1613. conſilia quidem conferebant Ordines, conatu tamen irrito, quia publicæ neceſſitates in dies augebantur, fervente inter Reges Poloniæ & Sveciæ bello, quo adigebatur civitas, ea omnia providere, quæ, ſi quando ab hoſte oppugnaretur, uſui forent, militem, arma, munitiones, cætera. Augebantur ſumtus, bello ex Livonia in Pruſſiam translato, armisque in civitatem ejusque tractum verſis, ut Gedanenſium in Regem & Rem-

publicam



publicam fides, constantia, publicæ impensæ, in Regni comitiis 1626. 1627. 1628. 1629. commendarentur amplissime, & in subsidium quingenta florenorum millia ex Regni thesauro decernerentur. Vergentibus a. 1635. ad finem induciis sexennalibus, iterum se in bellum parabat civitas, ære alieno, quod ante inducias contraxerat, nondum persoluto, & cum induciæ illæ in annos 26. prorogarentur, Regi Vladislao IV, cui consilium de vectigali maritimo ad portum Gedanensem exigendo non successerat, Zulaga, qua cum aliis collationibus civium, Gedanenses in belli sumtus usi, proponebatur, quasi eam titulo vectigalis sibi vindicare posset, nulla data transmarinis Principibus querendi causa, quasi novum vectigal institutum esset. Tum primum Zulaga in aula Regia vectigal appellari cœpit, quam neque Casimirus, neque Serenissimi ejus Successores, neque ipse Vladislaus IV. pro vectigali habuerat, cum a. 1636. immunitatem Gedanensium a vectigalibus approbans, illorum jura, libertates & pacta portorii confirmaret, in quibus & vectigalia vetantur, & ad Casimiri privilegium, vectigalia interdicens, provocatur, cum tamen & Casimiri & Stephani tempore, Zulaga soluta fuerit: unde sequitur, Reges illos Zulagam pro vectigali non habuisse, uti Vladislaus IV. antea non habuerat.

Neque vectigalis vocabulum Zulagæ convenit, nam vectigalia aut a solis peregrinis, aut promiscue a peregrinis & civibus solvuntur, minus tamen a civibus, quam exteris. Zulagam autem Gedanensem, non alii, quam soli mercatores, qui cives sunt, solvunt, licet qui non cives, merces mari recipiant, aut in transmarinas regiones dimittant, quas a civibus emtas ipsi cives apud came-

ram

ram, ubi Zulaga exigitur, profitentur ac Zulagam pendunt. Quare ſunt cum omnium Ordinum, tum Magiſtratus decreta & edicta, quibus ab aliis quam civibus Zulagam recipere vetatur, quam in rem anni 1580. 1591. 1608. 1621. 1640. 1643. 1647. allegari poſſunt.

Cæterum motam actamque regnante Vladislao IV. de Zulaga controverſiam, cujus modo facta mentio eſt, ſextum volumen hiſtoriæ Pruſſiæ ex publicis monumentis ac publica auctoritate deſcripſit, quæ deſiit, cum civitas jus ſuum fortiter & conſtanter tueretur, & Rex Zulagam, quam nonnulli ipſi vindicare conati, urgere ceſſaret. Manſit igitur civitas in uſu Zulagæ ſuæ, & manſit ſola, reditus ex illa in publicos ſumtus expendens, non quiescentibus interea, qui Regios reditus ex Zulaga locupletare intendebant, hoc ſuum ſtudium, Regi Joanni III. ad componendas civiles diſſenſiones, & melius ordinandum civitatis ſtatum Gedani a. 1677 præſenti, commendantes. Verum Optimus Princeps, priusquam Ipſe decerneret, ex juribus hominibusque, quibus Zulaga cognita & perſpecta eſſet, de (C)
eadem edoceri voluit, commiſitque Palatinis Mariæburgenſi & Pomeraniæ, Bąkowscio & Denhof, Procancellario Wielopolski, ſtabuli Regni Præfecto, Matczynscio, & Cancellario Regni Regenti, Witwicki, ut jus in Zulagam bene trutinarent, & de eo ad Regem referrent: quorum relatione audita, Rex in fine decreti a. 1678 Gedani lati, ſuam mentem de Zulaga, bonis Scharpau & jure maritimo Gedanenſium, his verbis promulgavit: „Quantum ad Zu- (D)
„laga, Scharpau & jus maritimum, itidem expediendo deliberatio-
„nem noſtram, quia in uſu civitatem hanc ſub Divis Anteceſſoribus
„noſtris fuiſſe reperimus, ideo neque Nos ulterius quicquam inno-
„vandum



„ vandum eſſe cenſemus, inhærendo privilegiis Sereniſſimorum Caſi-
„ miri III. & Stephani Regum Poloniæ„. Non gravius teſtimonium de Zulaga pro civitate citari poteſt, quam ipſum hoc Joannis III. fuiſſe civitatem in uſu Zulagæ ſub Divis Deceſſoribus, ex quibus Caſimirus & Stephanus nominantur. Ergo tempora Caſimiri, ſub cujus imperium conceſſit Gedanum, Zulagam noverant, idque ex hiſtoria ſupra probatum eſt. Quando vero Joannes III. ad privilegia Caſimiri & Stephani provocat, non tantum Zulagam, ſed ſimul bona Scharpau & jus maritimum intelligit, de Zulaga enim ſolius Caſimiri privilegia, ſcilicet de pecuniis ſubſidiariis, & privilegium Gedanenſium, Haupt-*Privilegium* dictum, agunt. Quo ſatis illi confutantur, qui negant, Zulagam ætatem Caſimiri attingere, ac ex aliquo privilegio, inprimis ex illo, quod de pecuniis ſubſidiariis datum, repeti poſſe. Jam diſcant ſaniora a Rege ſapientiſſimo, qui antequam ſuam pronuntiaret ſententiam, viris jurium ſcientiſſimis mandaverat, in Zulagam omni ſtudio inquirere, & quid inveniſſent, referre fideliſſime. Æquiore ergo animo civitatis Ordines privatorum injurias ferunt, per Zulagam vectigal inductum, Regis reditus imminutos, & peculatus crimen admiſſum eſſe objicientium, Rege, cujus intererat non permittere, ut quicquam ex reditibus ſubtraheretur, civitatis cauſam tutante. Auctor quidem *libelli memorialis gallici* adverſus Zulagam, ſuſpectum Regis teſtimonium reddere non erubuit, quaſi pecunia, & ceſſione Capitaneatus Pucenſis, quem hypothecæ jure tenebant Gedanenſes, ſe corrumpi paſſus ſit. Verum reſponſum ipſi in Nota adjuncta, monitusque, ut de Rege modeſtius ſentiret. Tanta enim religione coluit Divus Joannes III. Deceſſorum ſuorum privilegia, ut nihil in iis novare voluerit, quin potius

potius, quicquid de Zulaga constitutum, intactum reliquerit, bene memor jurisjurandi, quo se ad servanda jura obstrinxerat, tum quod peculiaribus litteris omnia Gedanensium jura, immunitates & consvetudines, ad exemplum priorum Regum Poloniæ confirmasset.

Missus 1732 ab Augusto II. Dominus de Bulow, ab intimis belli consiliis & Braclaviensis Pocillator, ad excipiendas rationes portorii & obstringendos portorii Præfectos & scribas Regi per sollemne jusjurandum, Gedanum, præter alia, de quibus ipsi cum civitate agendum, etiam Zulagæ eam fecit mentionem, acsi in damnum regiorum, ex portorio redituum inducta esset, quod ut sarciretur, postulabat, ut Regi ex Zulaga, quæ toto ejus regno civitati obvenisset, dimidium præstaretur & sequentibus annis, eadem, ut portorium, cum Rege divideretur, donec Rex aliter decerneret. Verum civitatis Ordines expositis pro Zulaga privilegiis, juribus & immunitatibus, ita flexerunt magnanimi Principis mentem, ut 12 Aprilis singulari diplomate suo & hæredum Successorumque suorum nomine declararet, Magistratum civitatemque Gedanensem, ratione eorum, quæ postulasset Dn. de Bulow, non solum quoad præteritum liberos esse, nihilque debere, plane abolitis, quæ postulari possent, sed etiam Regem eos in usu jurium, privilegiorum, immunitatum tuiturum, nec quicquam quod iis adversaretur permissurum, iis vero, quæ petiisset a Rege civitas, suam tutelam justumque auxilium negaturum haud esse. Sic motam in Zulagam tempestatem, civitas feliciter evasit, ut etiam novo diplomate suorum jurium secura redderetur, quod idem erat ac Zulagam nova declaratione Regia firmare.

(E) (F)

Augusti

Augusti II. Serenissimus Filius & Successor, ad exemplum Magni Parentis, intactam reliquit civitati Zulagam, nihil ex illa sibi vindicans, ut in decreto 1752 Gedani pro ordinatione civitatis publicato, Zulagam civitatis ærarium & cassam vocaret, ex qua certi sumtus tertio Ordini refunderentur. Duo illa vocabula, satis demonstrant, reditus ex Zulaga solius civitatis esse, cum in ærarium & cassam civitatis, non alii nisi civitatis reditus inferri, ibidemque asservari queant. Alias notum est, civitatem habere duo æraria seu cassas, alteram cameræ, (Kämmerey-Kasse), alteram subsidiariarum pecuniarum, (Hülfsgelder-Kasse), & posteriori obvenire, quicquid per Zulagam colligitur.

Zulaga civitati trium Regum auctoritate, quam ut sanctam omnes revereri decet, qui Illorum Majestatem reverentur, firmata, eo magis Ordinum animos advertit, cum superiore 1760 anno, Illustrissimus & Reverendissimus Dn. Referendarius Regni, Podoski, ob rationes ex portorii parte Regia, & ad jusjurandum, quod a portorii Præfectis & scribis Regi debetur, excipiendum, Gedanum Commissarii titulo missus, Zulagam Sacræ Regiæ Majestati, nullo eam in rem Regio mandato exhibito, vindicare conaretur, summasque, quas Regio thesauro interceptas credebat, ad calculum revocaret, ut Regi restituerentur. Cavebant Ordines, cum Dn. Referendario in litem descendere, cum per Casimirianum privilegium exemti sint, de pecuniis, quas cives in publicos sumtus conferunt, cum quoquam contendere, aut de iis rationem reddere, quo jure in hanc diem Ordines usi sunt. Quæ deinde secuta, satis probant, Dn. Referendarium post suum Gedano in aulam reditum, de Zulaga satis invidiose in Magistratum retulisse, nec defuit, cujus nomen ignoratur, qui scripto Gallico Zulagam Gedanensium

danenſium ſubvertere laboravit, vectigal & Zulagam miscens, ut quæ adverſus vectigalia ſancita, Zulagæ aptaret, parum de veritate ſolicitus, modo Gedanenſes, tanquam peculatores ac legum contemtores, publico odio objiceret. Hoc ſcriptum Ordines latine verti, & inſtar appendicis cum notis, quibus confutatur, addi curarunt, ſalvo tamen lectorum judicio: & ut conſtaret, non alia in verſione legi, quam quæ gallice compoſita ſint, etiam gallicum ſcriptum typis repetitum eſt.

Ut tamen jus civitatis in Zulagam, ſerie non interrupta, cognoſceretur, ſimul incauti adverſus invidorum temeritatem, & malam fidem, forſan etiam ignorantiam, munirentur, placuit Ordinibus, hoc civitatis jus præſenti ſuo ſcripto exponere. Eſt ſane Principis pietas jurium fidiſſimum præſidium, ſæpe tamen rationes temporum, tum artes malevolorum exigunt, ut ſubditi etiam ſub pio Principe jura ſua defendant, quo illorum audacia, qui juribus inſidias ſtruunt, eorumque ruinam machinantur, reprimantur coërceanturque. Quare civitatis Ordines, quorum ſumma in Sacræ Regiæ Majeſtatis toto orbe celebrata juſtitia ac clementia fiducia eſt, per conſcientiam & jurisjurandi ſui religionem obſtrictos ſe crediderunt, Zulagam publice tueri, ne longius ſilentium in cauſæ ſuæ diffidentiam verteretur, & adverſarii honeſta augendorum redituum Regiorum ſpecie, Zulagam extorquere civitati, impune pergerent, qui jam in alia civitatis jura tela paraſſe non obſcure jactant. Iidem Ordines ad exemplum majorum ſuorum, Celſiſſimum & Reverendiſſimum Principem, Dominum Regni Primatem, Reverendiſſimos, Illuſtriſſimos, Excellentiſſimos, Dominos Senatores & Miniſtros, ſubmiſſe & obſervantiſſime orant obſecrantque velint civitatis, ante tria ſæcula æterno fœdere inclytæ Reipublicæ junctæ,

ctæ, neque de Eadem male meritæ causam, apud Sacram Regiam Majestatem, gratiose & benignissime suscipere & tueri, quod futurum, si Zulagam & alia ejusdem civitatis jura, ab adversariorum fallaciis, speciosis, sed falsis rationibus, & malo legum usu defendere dignabuntur. Eadem reverentia & studio Celsissimum & Reverendissimum Dn. Episcopum Varmiensem, Terrarum, Prussiæ Præsidem, Reverendissimum, Illustrissimos, Excellentissimos, Nobiles, Dominos Prussiæ Consiliarios & Constatus, quibuscum civitati arctior intercedit necessitudo, Ordines orant, ne si a Sacra Regia Majestate in causa Zulagæ in consilium adhibiti fuerint, ut eos in causis notabilibus Prussiæ, qualis Zulaga est, adhiberi incorporationis privilegium præcipit, civitatem destituant, verum ex præscripto jurium ita censeant, ut Sacra Regia Majestas permoveatur, civitati cum cæterorum jurium, tum Zulagæ usum integrum, & illibatum relinquere clementissime, quod a paterno Sacræ Regiæ Majestatis in civitatem animo facile obtentum iri, ejusdem civitatis Ordines plane confidunt.



(A)

Privilegium de legibus & pecuniis subsidiariis.

Im Nahmen GOttes, Amen.

Wir Casimir, von GOttes Gnaden, König zu Pohlen, Krakauscher, Sendomirischer, Czirscher, Lunzischer, Coyscher, Groß-Fürst in Littauen, Erbeling und Herr in Reussen, und in Preussen, Colmischer, Elbingscher, Königbergischer, und in Pommerellen der Lande

Lande, ꝛc. bekennen offentlich mit diesen unseren Schrifften zu ewigen Gezeiten, kegenwertigen und zukünfftigen, daß wir angesehen haben gantz getrewe, merckliche und fleissige Dienste, uns scheinbahrlichen und trefflichen in diesen unseren wollfertigen Kriegen und Orleyen mit unmässiger Kost und Zehrung durch unseren Willen, in Entfangunge dieser unser Lande Preussen, beweiset und gethan, durch ihre grosse Treue, indem sie unzehlich Geld den Zoldenern zu unseren Ehren und Nutzen ußgeleget haben, auch ihr gutte Gerüchte, daß sie durch ihre Gütter und weyse Thaten und Regierung willfertig zu Lande und zu Wasser haben, der Nahmhafftigen und Woll-Weisen Bürgermeistern, Rahtmannen, Schöppen, geschwornen Handwercken und Gemeinden unser Stadt Dantzigk, wollende sie darumb mit einer sonderlichen Gnaden begifftigen und begaben, uff daß sie zu unß desto mehr in gantzer Liebe geneigt seyn, von Dero Treue wir nicht zweyffelen, durch Besserung in ihren zeitlichen Gütteren, und Mehrung in ihren Ehren. Deß, so haben wir denselben Bürgermeisteren, Rahtmannen, Schöppen, geschwornen Handtwercken und Gemeinten unser Stadt Dantzigk, von angebohrner königlischen Mildigkeit erlaubt, volle königliche Macht gegeben, daß sie mögen und süllen, mit Rathe, Wissen und Willen der witzigsten und führnemsten Bürgeren binnen ihren Städten, nach Heissunge der Zeit und Sachen, Willkühre, Hülffgelde von allerley Gütter und Kauffenschaft und allen Sachen und Dingen, wie ofte und dicke sie das zu ihrer und ihrer Städte Nothdurfft, Nutze und Frommen erkennen werden, auffsetzen und niederlegen, nach ihrem besten Guttdüncken, darinnen Niemands ewig greiffen soll, noch Insprache haben, oder sie in deme verhindern, oder irren von unser, unser Nachkömlingen Herrschafften und Amts-Herren wegen. Zu Gezeugnüß aller Sachen, haben wir diesen unseren Brief mit Rathe, Wissen und Willen beyder unser Lande, mit unserem Königlichen angehangenem Inge-Siegell bestätiget, und hier anehangen lassen. Das ist geschehen zu Pieterkaw, an der Metewoche nach Visitationis Mariæ nach Christi Geburth, Vierzehnhundert, Fünftzig, und dem fünften Jahre. Dierbey seind gewest der Allerwürdigste und Würdigen Väter, Herren, Johannes der Heyl. Gnischen Kirchen Ertz Bischoff, Johannes der Leßliche, Andreas der Poßnische-Bischöffe: und Großmächtigen und Wollgebohrnen, Johannes von Tzyzow, Krokischer Herr und Hauptmann, Stanißlaus von Ostrorog zu Calisch, Johannes

hannes von Clesnicza zun Sendomir, Derßlaus von Ridtvann zum Tzyrisch, Petrus von Opperaw, zur Landtzig Woyewoden ꝛc. Gegeben durch die Hände der Würdigen, Johannes des Bischoffs von Leßlaw, Cantzlers, und Johannes Luteck von Brzeze in beyden Rechten Doctoris, Archidiaconus zu Gnisen, und Unter-Cantzler des Reichs zu Pohlen.

(B)

Ex privilegio Gedanensium, Haupt-Privilegium, dicto.

Vorbas so verleyhen wir und geben den jetzt gedachten Bürgermeister, Rahtmannen, Schöppen und gantzen Gemeine, auß sonderlicher Königlicher Gnaden und Gunst vollkommene Macht und Gewaldt, und Macht alle und izliche Schifffahrte mit allen Stranden deß Meeres unsir Lande zu Preussen zu regieren, und zu bestellen, und zu gubernieren, und alle Segelatie zu gebieten, und zu verbieten mit unserm Rahte, Wissen und Willen, odir unsers Anwaldin in unserm Abwesen, doch also, daß sie keine Zolle und Beschwerungen offsetzen sollen ohn unsirm Wissen und Willen, doch sulchem Privilegio den genandten unsirn getreuen Bürgermeister, Rahtmannen, Schöppen, Borgeren und der gantzen Gemeine unsir Stadt Dantzigk, in unsir Stadt Pyotrkaw gegeben unschedlich, und hier mede mit nichten gebrochen.

(C)

Ex Decreto Joannis III. 1678.

Respectu autem Zulaga, ad ulteriorem melioremque informationem, tam ex juribus, quam ex hominibus istius rei notitiam evidentem habentibus capiendam deliberavimns, ac in aliud tempus declarationem in hoc puncto faciendam rejecimus.

(D) Ex

(D)

Ex eodem Decreto Joannis III.

Quantum ad Zulaga, Scharpau, & jus maritimum, itidem expediendo deliberationem nostram, quia in usu civitatem hanc sub divis Antecessoribus nostris fuisse reperimus; ideo neque nos ulterius quicquam innovandum censemus, inhærendo privilegiis Serenissimorum Casimiri III, & Stephani Regum poloniæ.

(E)

Nachdem zu schuldigster Vollziehung Ihro Königl. Majestät Allergnädigsten Befehls, diejenigen Personen aus E. Hochweisen Rahts Mittel, welche die Pfahl-Kammer Administration führen, nebst denen Officianten den gewöhnlichen Eyd geleistet, und nunmehro bevor stehet, daß die über alda eingezogene Gelder geführte Rechnungen einzusehen; So habe hiernächst bey der mir anbefohlnen Wahrnehmung des hohen Königl. Interesse bey dieser Stadt der Nohtdurft erfunden, auf folgende Puncta E. Hochweisen Raht gewierige Erklärung zu requiriren:

1.

Da per Diploma D. Regis Stephani æstimatio exigendi de mercibus Portorii pro valoris conditione E. Hochweisen Raht aufgetragen, hingegen durch die darauf folgende Worte: Nec supra binummalem auctionem Portorium vel ex Nostra, vel ex civitatis parte, ulla ratione amplius augebimus, alle weitere Erhöhung des Pfahlgeldes, oder See-Zolles excludiret ist: So bleibet zwar Ihro Königl. Majestät höchsten Erkenntniß anheim gestellet und reserviret, ob das von Hülfgeldern und Willkühren handelnde Privilegium Casimirianum auf die so genannte Zulage über zur See aus- und eingehende Waaren zu extendiren, oder das angezogene Diploma Portorii ceu posterius pro norma des zu erhebenden See-Zolles stricte zu halten; Hingegen leidet der Königl. Schatz merklichen Abbruch, indem das vor mehr, als hundert Jahren angelegte Portorium in seiner Proportion der Vier Pfennige von der Marck Albertus nicht geändert, an

an statt dessen aber die einig denen Stadt-Revenües zufliessende Accise und so geniemte Zulage ungleich höher angesetzet und erhoben worden, e. g. von einer Tonne Lübeckisch- Wißmarisch- und andern Bier werden 18 ß. Pfahlgeld, und 6 ß. Accise erleget, daß solcher gestalt nach Theilung derer 18 ß. dem Königl. Schatz nicht der 20ste Theil dessen, so die Stadt vor sich erhebet, zukommet. Desgleichen wird bey der Zulage von vielen, sonderlich denen gangbaresten Waaren, als: Wein, Brandtwein, Butter, Honig, Austern, Papier, Englischen Tüchern, 2- 3- auch mehrmal, von einigen aber, als: Tapezereyen, 11mal so viel, als das Portorium beträgt, entrichtet, so allerdings den Handel schwächen, und auf andere Oerter zur Schmälerung des Portorii detourniren muß. Solchem nach wird E. Hochweiser Raht dahin zu sehen belieben, daß der Abgang der Königl. Portorii-Einkünfte durch Auskehrung der Helfte der seither Ihro Königl. Majestät glücklichen Regierungs-Antritt, von denen zur See ab- und eingegangenen Gütern und Waaren erhobenen, einig zu denen Stadt-Revenües gezogenen Accise und Zulage vergütet und ersetzet, auch künftig alles dasjenige, so der Handel bey Ein- und Abgang zur See beträgt, in die Pfahlgelder-Cassa gebracht, und so dann nach Inhalt oballegirten Diplomatis und der eingeführten Ordnung gemäß, Ihro Königl. Majestät Schatz die Helfte des einkommenden Quanti richtig berechnet und abgeführet werde, bis Sr. Königl. Majestät vigore supremi Dominii über den Grund der von zur See ein- und ausgehenden Waaren erhobener Accisen und Zulage zu erkennen, Ihnen Allergnädigst gefallen lassen werden.

2.

Die Schmälerung der Pfahlkammer-Einkünfte mag unter andern Ursachen auch daher entstehen, daß sonderlich bey starck gehender Schiffahrt der einzige Oberbesucher im Packhause nicht im Stande ist, daselbst sein Amt gebührend zu verrichten, und zugleich die Brücken-Besucher zu observiren, ob sie ihrer Schuldigkeit Gnüge leisten. Dahero denn dem Unterschleif nicht sattsam vorgebeuget, so sich durch Conferirung der Pfahl- mit den Handlungs-Büchern hervor thun würde. Wohin auch dieses gehöret, daß, wenn den Bürgern die Waaren, sonder Visitation, auf ihren bey Erlangung des Bürger-Rechts geleisteten Eyd gefolget werden, sich einige finden mögen, so gegen Erlegung einer Provision auf ihre Nahmen derer Fremden Güter passiren

lassen,

lassen, da man dann von einem jedweden der richtigen Abgabe nicht versichert, also daß dem Königl. Schatz so wohl, als der Stadt Einkünften vorträglich wäre, daß zu desto gewisserer Abwendung dergleichen und andern Unterschleifs Ihro Königl. Majestät gemäß Dero Antecessoren und eigenen vor diesem bereits geäusserten Intention den zweyten Oberbesucher bestelleten.

3.

An Ihro Königl. Majestät ist von Seiten des wegen Schulden inhaftirten Götzen gebracht, ob wüste er viele bey Erlegung des Portorii eingerissene, dem Königl. und der Stadt Intresse nachtheilige Mißbräuche und Verschleppungen zu entdecken. Solchem nach wird E. Hochweiser Raht requiriret, zu Behuf guter Ordnung und Vermehrung, so wohl der Königlichen, als der Stadt Intraden, denselben in Freyheit zu setzen, woferne es ohne Præjuditz dessen Creditorum geschehen kan, und er keines erweislichen Verbrechens schuldig.

4.

Da die Stadt per Privilegium Casimirianum zu dreytägiger Bewirthung des Königes und der Hofstatt in jedem Jahre gehalten, welches in vorigen Zeiten, wann die Könige nicht in Person in die Stadt gekommen, durch eine Geldgabe vergütet worden, wie solches auch noch zu des Königes Johannis Zeiten geschehen; So wird E. Hochweiser Raht in Betracht anjetzo glücklich regierender Königl. Majestät Schatz desfalls noch kein Abtrag geschehen, so wohl ratione der verwichenen, als vorstehenden Zeiten zu bequemen belieben, darbey aber auf die erhöhete pretia rerum circa quantum die Absicht nehmen, was nemlich die Stadt nach heutiger Lebensart aus der vor Ihro Königl. Majestät hegenden Devotion auf Dero dreytägige anständige Bewirthung würcklich anwenden würde. Wobey die Stadt Gelegenheit nehmen könte, durch ergiebiges Bezeigen Proben ihrer Erkenntlichkeit für die höchste Königl. Sorgfalt und Allergnädigste Propension darzulegen, mit welcher Ihro Königl. Majestät in vergangenen und jetzigen Zeiten, durch ihre nicht auf der Republique, sondern eigene Kosten an auswärtige Höfe abgesandte Ministros der Stadt Bestes zum abgezielten Aufnehmen des Commercii fördern lassen.

5. Während



5.

Währender Ihro Königl. Majestät Regierung sind die Deroselben jährlich zu entrichtende 2000 Dukaten spec. und 4000 Marck Preuß. nur mit 6000 Thaler cour. abgeführet. Wann nun nicht der in denen Polnischen Reichsgesetzen geordnete, sondern nur der in der Krone Polen übliche allgemeine Ducaten-Cours a 13⅔ Tympf dargegen berechnet wird; So ereignet sich ein auf 1000 Fl. jährlich sich belaufender Unterschied. Sothanen mercklichen Abgang zu vergnügen, wird E. Hochweiser Raht ungezweifelt sich willig finden lassen.

6.

Angesehen Ihro Königl. Majestät geneigt sind, hinführo öfters und länger, als vorhin geschehen, Dero Hoflager in der Stadt Dantzig zu halten, damit Selbte in der Provintz Preussen, an deren Conservation so viel gelegen, gegenwärtig seyn mögen. So lassen mehr höchstgedachte Ihro Königl. Majestät E. Hochweisen Raht gesinnen, die Erbauung eines zu Dero Residence bequemen Palais und Stalls, nach Anweisung der Privilegien, förderlichst zu veranstalten. Dantzig den 26. Februar. 1732.

Friedrich Gotthardt von Bülow,
mppr.
Königlicher Commissarius.

(F)

Wir AVGVST der Andere, von GOttes Gnaden König in Polen, Groß-Hertzog in Litthauen, Reussen, Preussen, Mazovien, Samogitien, Kyovien, Volhynien, Podolien, Podlachien, Liefland, Smolensco, Severien und Czerniechovien rc. auch Hertzog und Churfürst zu Sachsen rc. thun kund und fügen zu wissen Allen und Jeden, insonderheit aber denen, so daran gelegen.

Nachdem Unser Königlicher Schatz an den Magistrat und die Stadt Dantzig ratione dessen bisherigen Administration und Abtragung, so wohl derer dortigen so genannten Pfund- Kammer- und Rahten-Gelder, als auch in

in anderen Stücken verschiedene Prætensiones und Indemnisationes zu formiren gehabt, welche auf Unsern Befehl Unser Geheimer Krieges-Raht, auch Podczaszy von Bracław und Assessor Unserer Schatzkammer, als Unser dahin abgeordneter Commissarius, der von Bülow, dem Magistrat unterm 26. Februar. a. c. durch gewisse von ihm unterschriebene Sechs Puncte, zu erkennen gegeben, erwehnter Magistrat aber hierauf, nebst der Stadt Privilegien, Rechten und Freyheiten, auch ihre vielfältig erlittene Unglücksfälle und Drangsale in geziemender Submission angeführet, und daß Wir in Gnädigster Erwegung alles dessen, die an Sie gemachte Ansprüche aus Königl. Hulden zu erlassen, und Sie dieserhalb von aller ferneren Verantwortung mildest zu befreyen, auch zu solchem Ende die gantze Sache völlig zu aboliren, geruhen möchten, unterthänigste Ansuchung gethan. Und Wir dann Unserer getreuen Stadt Dantzig zu allen Zeiten Merckmahle von Unserer Clementz und Hulde zu ertheilen geneigt sind; Als declariren Wir hiedurch vor Uns, Unsere Erben und Nachkommen, daß Wir erwehnten Magistrat, nebst der Stadt Dantzig, wegen obangezogener durch Unseren Geheimen Kriegesraht von Bülow, Ihnen intimirten Puncte und Prætensionen Kraft dieses, nicht nur vors Vergangene, von aller ferneren Verantwortung und Indemnisirung zu beständigen Zeiten liberiren, und Ihr aus besonderen Gnaden völlige Abolition ertheilen, sondern Sie auch inskünftige bey ihren wohlhergebrachten Rechten, Privilegiis, und Freyheiten kräftigst manuteniren, und wider dieselbe nichts verhängen, mehr besagter Stadt auch in ihren bey dieser Gelegenheit an Uns gebrachten unterthänigsten Petitis Unsern Königlichen Schutz und rechtmäßige Hülfe angedeyhen lassen wollen. Uhrkundlich haben Wir gegenwärtiges Abolitions-Decret wissentlich unterschrieben, und Unser Königl. Innsiegel davor drucken lassen. So geschehen Warschau den 12ten April 1732.

AVGVSTVS REX

(L. S.)

Ad Mandatum
Sacræ Regiæ Majestatis
proprium
C. Pauli.

DECRET

DECRET

Kraft dessen dem Magistrat von Dantzig wegen derer ratione der zeitherigen Administration und Abtragung, so wohl der Pfund- Kammer- und Rahten-Gelder, als auch in anderen Stücken an dieselbe formirten Prætensionen Abolition ertheilet, und ihnen in ihren Petitis pro Justitia Schutz und Hülfe versprochen wird.

(G)

Ex Decreto Regio a. 1752.

Et quatenus impensæ omnes honorati Tertii Ordinis, eidem honorato Tertio Ordini in triduo a data præsentis Decreti computando ex *ærario civitatis Zulaga* dicto depromantur, & eidem Tertio Ordini refundantur, sub rigore in memorata ordinatione expresso & in casu contraventionis irremissibiliter extendendo statuimus. Si vero *ærarium civitatis & cassa Zulaga* dicta præfatis honorati Tertii Ordinis impensis non suffecerit, tunc ratione illarum æque ac expensarum Nobilis Magistratus ad actum ordinationis de die 20. Julii 1750, tum pro Deputatis atque sub tempus præsentium judiciorum factarum, quatenus Ordines in una septimana mediante suo concluso indilato modum super præmissis adinveniant, ut in fidem publicam, summam dictis impensis correspondentem contrahant, statuimus.



MEMO-



MEMORIALE

RATIONE

1) VECTIGALIS MARITIMI GEDANENSIS

ZVLAGA

DICTI

EX

GALLICO

VERSVM.

2) Por-

NOTAE

IN SCRIPTVM AVCTORIS ANONYMI

CONTRA

GEDANENSIVM

ZVLAGAM

TITVLO:

MEMOIRE SUR LA DOUANE,

EDITVM.

1) Ex titulo cognoſcitur, totam Auctoris tractationem, errore niti, dum vectigal maritimum, ſimul Zulagam vocat, cum tamen vectigal & Zulaga differant, ut a vectigalibus, civium collationes, differre ſolent.

2) Por-



2) Portorium aut Pfalgeld, eſt vectigal maritimum, antiquitus conſtitutum, per privilegium Supremi Magiſtri ordinis Teutonici, Theodorici de Altenberg, anno 1341. vigore cujus, omnes merces, quæ exeunt & intrant portum Gedanenſem, ſolvunt certam impoſitionem, juxta tabellam propoſitam.

Vigore



2) Portorium, ſeu *Pfalgeldum*, proprie pro vectigali non fuit habitum, quare manſit, cum Caſimirus, recepta in ditionem Pruſſia, in privilegio incorporationis, „ omnia telonia „in aquis & terra, nova & antiqua „obſervantia, quomodolibet conſti- „tuta tolleret, abrogaret, depone- „ret ac ſolutionem illorum perpe- „tuis temporibus reſolveret, dimit- „teret & relaxaret „. Eſt Pfalgeldum germanicum nomen, quod inſtitutum ad ſervandum tuendumque portum, in quam rem, palis (Pfäle) opus erat, ut coercerentur tum mare, tum Viſtula fluvius, qui ſe in mare prope portum immittebat. Origo *Pfalgeldi* indicari nequit, niſi quod jam ante Magiſtrum Teutonici Ordinis, Theodoricum ab Altenberg, cujus privilegium anni 1341 Auctor citat, fuerit, in quo tamen non de ejus inſtitutione agitur, ſed controverſia de *Pfalgeldo*, inter Elbingenſes & Gedanenſes, componitur: ſimul notandum, ibidem Pfalgeldum, non maritimum vectigal, ſed pecuniam, Pfalgeld vulgariter appellatam, vocari.

3) Tra-

Vigore tractatus 3) anno 1585 conclusi cum Stephano Bathory, medietas hujus proventus pertinere debet in perpetuum ad Reges Poloniæ.

3) Tractatus portorii cum Rege Stephano non anno 1585, sed jam 9. Februarii anni 1584 confecti, & sequenti anno, cum pro Rege jam exigi coepisset portorium, a Senatu Regni approbati, & sub Regni sigillo majore publicati sunt. Neque portorii, quale ante Tractatus fuit, dimidium, Regi Stephano Ejusque Serenissimis Successoribus concessum, sed portorii binumalis auctio, neque Rex in communionem portorii venit, nisi post binumalem auctionem, quam in Serenissimos Successores, & quidem jam inauguratos, seu coronatos, transmisit; quod ex Ipsius Regis Stephani verbis, in Tractatuum illorum ingressu patet: „Tandem,„ inquit Rex, „civitatis „nostræ Gedanensis Ordines, ut harum tractationum finis aliquando „inveniretur, dicti portorii binumalem auctionem, Nobis & Successoribus Nostris, Regibus Poloniæ coronatis concesserunt, hisce „conditionibus, ut gravamina, nominatim proposita, tollerentur & „abolerentur„.

Simul in eo conventum, quod nunquam & sub quocunque prætextu ulla impositio fieri possit 4) mercibus in hoc portu exoneratis, excepto dicto portorio sive vectigali, solvendo Regi medietatem & civitati medietatem. Hoc ipsum est expressum verbis sequentibus Tractatus.

4) Verba, quæ Auctor quasi ex Tractatibus portorii affert: „quod „nunquam ex quocunque prætextu, „mercibus in portu exoneratis ulla „pecunia præter portorium imponi „debeat„, in Tractatibus non leguntur, sed Auctoris sunt, qui se ipsum redarguit, dum ex Tractatibus

ctatus. Vid. Curick Chronicon p. 165. „Nec ſupra binummalem au-„ctionem Portorium, vel ex noſtra, „vel ex civitatis parte, ulla ratione „amplius augebimus.

bus verba repetit: „Nec ſupra bi-„nummalem auctionem portorium, „vel ex Noſtra, vel ex Civitatis par-„te, ulla ratione amplius augebi-„mus, neque Succeſſores Noſtri au-„gebunt.„

5) Datum fuerat anno 1590 Regibus Poloniæ, tanquam Bonum Oeconomicum. Vid. *Conſtitut. d. a. 1590 tit. Rationes Stolu.*

5) Non portorium, quod Regibus cum Gedanenſibus eſt commune, ſed dimidii reditus ex portorio potuerunt Regibus per conſtitutionem Regni a. 1590 tit. *Rationes ſtolu*, concedi, neque ad hoc conſtitutione opus fuit, cum per Tractatus portorii, conſtitutione illa antiquiores, jam eſſent conceſſi. Quare ante conſtitutionem illam, Stephanus reditibus ex portorio frui coepit, & Sigismundus III. ſimul ac fine anni 1587 inauguratus, illos obtinuit. Eſt etiam inter reditus ex portorio, & alios Regum reditus hoc diſcrimen, quod cum hi interregni tempore in theſaurum aut Regni aut Litvaniæ inferantur, reditus ex portorio a civitate aſſerventur, & Regi poſt inaugurationem ſeu coronationem repræſententur.

Non ſolum 6) leges generales Regni prohibent omnibus quicunque ille ſit, & quidem ſub ſeveris poenis, conſtituere vectigalia maritima, niſi conſenſu Regis & ſtatuum. *Vid. Vol. I. Conſtit. de caſſat. teloneorum*, porro *de his*, *qui telo-nea*

6) Leges Regni generales contra vectigalia, nihil ad Pruſſos & Gedanenſes, qui Pruſſi ſunt. Habent hi ſuas leges, quæ vectigalia interdicunt, ut auctoritatem legum Regni invocare opus non ſit. Et quid omnes illæ leges adverſus Gedanen-ſium

nea absque concessione Regum exigunt, porro *de teloneis privata auctoritate non constituendis*, item *de teloneis Pontalibus p.* 152, 153, 304, 517.

sium Zulagam, quæ in vectigalium numero nunquam fuit?

7) Sed etiam plures Constitutiones & Rescripta Regum Poloniæ ad Magistratum Gedanensem docere hunc debuissent, quod nisi Regi jus competat vi Summi Maris Imperii & Dominii eminentis, constituendi impositiones sive vectigalia maritima.

7) Idem, quod nota proxima dictum, de pluribus aliis constitutionibus, quas Auctor non citat, repetendum. Neque ad solius Regis potestatem, ac vim summi maris imperii & dominii eminentis, per quam instituere possit vectigalia, provocandum, cum non de novo aliquo vectigali, sed de vetustissimo jure Zulagæ agatur. Rescripta autem Regia, eo nomine ad Gedanenses data, forsan ipsi Gedanenses ignorant. Quid ergo impedivit Auctorem, quo minus illa in lucem proferret?

Vid. 8) Constit. Gedanens. Sigismundi Regis, anno 1570 verbis: „Ut Magistratus & communitas, gubernationem navigationis cujuslibet propter commercia sibi sic creditam & commissam esse existiment, ut ejusdem permittendæ & prohibendæ Serenissimi Reges Poloniæ sibi arbitrium non modo solide reservaverint, verum etiam prudenter caverint, nec usum navigationis ejusmodi, vel potestatem aliquam littoris, sine scitu & voluntate Principis, vel ejus, qui vices illius gesturus foret, ut Privilegii verba sonant, sibi civitas un„quam

8) In Constitutionibus Gedanensibus Sigismundi a. 1570, quæ non aliæ sunt, quam Karnkovianæ, ne verbum quidem de vectigalibus, multo minus de Gedanensium Zulaga. Et ex Tractatibus portorii, quos tamen Auctor legit, debuisset scire, constitutiones illas, cum tota Commissione Karnkoviana, a Stephano abolitas esse, quare eas adversus Gedanenses citare non licet.

9) Ex

„quam sumeret. Ex quo cum liquido constet, merum maris imperium & Dominium directum tanquam pretiosissimum pignus belli pacisve tempore pro arbitrio suo disponendum sibi solis Reges Poloniæ reservare. Ea autem Regalium omnium cardo sit, in quo salus hujus Regni & ditionum ejusdem vertitur, severe vi præsentis constitutionis auctoritate perpetua Sacræ Regiæ Majestatis, & de ejusdem mentis expressa voluntate & mandato edicimus, ne quisquam quoviscunque modo, colore, & prætextu, Regalia ejusmodi in Privilegiis superius memoratis, generatim & speciatim de maris Dominio, Judiciis ac Bonis Naufragorum expressa, labefactare & convellere, sive usum alius, nisi de Sacræ Regiæ Majestatis expressa sententia sibi sumere audeat, sub poenis in Juris Regii & Regalium violatores legibus constitutis &c. „

9) Item Privilegium Casimiri Regis de anno 1457, verbis: „Ita tamen conferimus gubernationem maris Gedanensibus, ut non sibi sumant vectigalia aut onera sine Regio nostro consensu in quascunque merces imponenda. Item, auf die Schiffahrt sol kein Zoll oder Beschwerung gesetzet werden ohne Unser Wissen und Willen„.

Interea

9) Ex privilegio Gedanensium, vulgo Haupt-*Privilegium*, quasi cæterorum privilegiorum caput diceretur, quodque Gedanensibus, ut Germanis, germanica lingua datum, Auctor videtur ideo locum de vectigalibus latine reddidisse, ut aliquid ex suo ingenio inseréret, quoniam verba: *onera quibuscunque mercibus* imponere, germanice non leguntur, quod ex verbis germa-

germanicis, quæ ipse addit, patet, in quibus mercium nulla mentio fit. In hoc tamen fides Auctoris desideratur, quando locum illum de vectigalibus truncat. Pergit enim in eodem contextu Divus Casimirus: Doch solchem *Privilegio*, den genannten Unsern getreuen, Bürgermeistern, Rahtmannen, Schöppen, Bürgern und der ganzen unserer Stadt Danzig in unser Stadt Pyotrkow gegeben, unschädlich und hiermede mit nichten gebrochen. Per quod privilegium non aliud intelligitur, quam quod Gedanensibus de ferendis legibus & sciscendis pecuniis subsidiariis, Petricoviæ 1455 datum; ne quis pro vetito vectigali haberet, quando mercibus negotiatorum (Kaufmannschaft), ut in privilegio legitur, pecunia irrogaretur. Quasi Divus Rex prævidisset, venturos post duo & tria sæcula, qui Zulagam ex mercibus, pro vectigali habeant, urbemque molestiis involvant.

Interea non obstante clara & accurata legis dispositione de hac materia, 10) Magistratus Gedanensis non solum pro suo commodo auxit vectigal maritimum Regis, nec dedit ejus medietatem, quæ Regi competit, sed simul etiam imaginatus est medium satis speciosum, ad tegendum istum agendi modum.

10) Quatuor sunt, quæ Magistratui obiicit Auctor: quod Regis vectigal auxerit; quod auctionem illam in suos usus verterit; quod Regi suam partem dimidiam non dederit; & quod hoc suum ausum speciosa ratione velaverit. Si ea per ignorantiam objicit, errores; si per malitiam, ut Magistratum invisum reddat & peculatus reum agat, atroces criminationes sunt, justa

Facta

Facta ab Ipſo 11) auctio portorii & ſibimet ipſi attributa Gedani nota eſt ſub nomine Zulagæ. Eſt hæc contributio quam Magiſtratus iisdem mercibus impoſuit, quæ intrant in Portum Gedanenſem & ex eodem exeunt, iisdem, inquam, mercibus, quæ ſolvunt portorium, vel iſtud vectigal maritimum, cujus mentionem feci, cum hac tamen inſigni differentia, quod Magiſtratus Gedanenſis ſibimet ipſi attribuerit reditus exinde provenientes, quodque iſta auctio ſuperet in triplo portorium Regis. Talis faſcis mercium, qui ſolvet decem imperiales pro portorio ſeu vectigali maritimo Regis, ſolvet triginta ſub titulo Zulagæ, quæ vectigal eſt maritimum Magiſtratus. En tibi repartitionem iſtorum 40 imperialium poſtea factam.

12) De

juſta poena in Auctore vindicandæ.

11) Teſtetur, ſi modo placuerit, Periltuſtris & Reverendiſſimus Dn. Regni Referendarius, Podoſki, qui nuper, ut Regius Commiſſarius, rationes portorii inſpexit & excuſſit, an auctum invenerit portorium, & an plus ex portorio receperit civitas, quam Sacra Regia Majeſtas; ad cujus teſtimonium eo majore fiducia provocatur, quod rationes coram approbaverit, triumque illorum Conſulum, qui portorio præſunt, fidem & diligentiam laudauerit. Zulaga vero non eſt nomen, quo auctio portorii velatur, ſed eſt collatio civium mercatorum, a portorio plane diverſa, fuitque antequam Stephanus in communionem portorii veniret, & eam ad Sereniſſimos Succeſſores transmitteret. Falſum eſt, quod Zulaga a Magiſtratu conſtituta, cum eadem, ut collationes civium omnes, a cunctis Ordinibus decreta ſit, ut falſum eſt, quod Magiſtratus Zulagam ſibi arroget, cum ex eadem ne unum quidem ſolidum recipiat. Probet Auctor contrarium, ſi poteſt, niſi velit in calumniatorum numero haberi, Zulagam triplo majorem portorio eſſe, nihil hoc ad Auctorem, qui etiam male appellat, portorium Regium vectigal, cum portorii dimidium civitatis ſit, & pro vectigali non habeatur.

12) Ina-

12) De decem imperialibus Portorio Regio ſolvendis, Sacra Regia Majeſtas accipit quinque imperiales, Magiſtratus etiam quinque imperiales, addamus triginta imperiales, quos Zulaga, vel Vectigal Maritimum Magiſtratui importat, Rex quinque imperiales ex eodem faſce mercium habebit, qui Magiſtratui valebit triginta quinque. Adjuncta hic tabella oſtendet diſproportionem iſtorum proventuum, & quantum Rex exinde hactenus perdiderit.

12) Inanis eſt opera, quam Auctor computando Zulagam adhibet, cujus nihil intereſt, plus an minus ex ea proveniat. Tota uſibus civitatis ſervit, & in rationes pecuniarum ſubſidiariarum (Hülfgelder) refertur, portorii vero dimidium, Cameræ (Kämmerey) obvenit. Neque tacendum, eſſe etiam in calculo errorem, dum Auctor miſcendo ex portorio & Zulaga reditus, utroſque ad thaleros cruciatos (Kreuzthaler) computat, cum tamen Zulaga minori, quæ in quotidianum uſum currit, moneta, portorium ſolum thaleris cruciatis ſolvatur. Singuli ergo thaleri in Zulaga efficiunt florenos tres, thaleri portorii vero jam florenos quinque excedunt.

Hæc impoſitio 13) ab his omnibus ſolvitur, qui per Gedanenſem portum advehendas ſibi curant merces ex Gallia, Italia, Anglia, Hollandia, Ruſſia &c. Mercatores Regni Poloniæ æque ac Nobiles tenentur ſolvere hoc vectigal maritimum illegale, nec tamen id ſolvunt, Regi Domino ſuo, ſed Magiſtratui Gedanenſi. Rationes originales mercatorum Varſavienſium & Cracovienſium, quæ poterunt produci, evidenter id probant, ſiquidem Zulaga vel hæc impoſitio civitatis ibidem inter rationes ponitur, civis autem Gedanenſis merces particulatim in loco vendens, non obliviſcetur certe augere

13) Errat Auctor, Zulagam a Nobilibus & mercatoribus Polonis pendi, cum vetitum ſit legibus, eam ab aliis, quam civibus Gedanenſibus exigere. Neque Nobilibus & mercatoribus Polonis licet, merces transmarinas per portum Gedanenſem arceſſere, cum portus Gedanenſis non ſit portus, per quem merces ad exteros tranſeant, cum exteri a civibus Gedani emi debeant. Quando vero Regni Proceres in uſus ſuos domeſticos, ex transmarinis regionibus ſibi nonnulla afferri curant, non difficilem ſe præbet Magiſtratus, in damnum licet ſuorum civium mercatorum, ut tranſeant, ſimul Zulaga

gere venditionis pretium, juxta impositionem, qua est oneratus.

Magistratus ut coloraret ausum suum, cujus illegalitatem bene novit, confugit ad medium satis singulare, quia intelligit, quod ob leges supra allegatas & cathegoriam, in qua juxta Regem versatur, nunquam cum successu constituere posset impositiones sub titulo vectigalis maritimi, aut telonei, & quod certe illi, quibus Respublica curam & negotium dedit, ut invigilarent, conservandæ illibatæ & integræ auctoritati Regiæ, nunquam paterentur præjudicium tam grave juribus regalium eminentibus,

audacter

Zulaga immunes declarat, ut tamen portorum solvant. Ex quo exemplo etiam cognoscitur, Zulagam a portorio diversam esse. Provocat quidem Auctor ad rationes mercatorum Varsaviensium, Cracoviensium aliorumque, quibus pecunia in Zulagam soluta contineatur; sed cur non exhibuit illas rationes, ut Gedanenses convincerentur, contra civitatis leges, etiam ab aliis, quam civibus, Zulagam recipi? quod tamen fieri nequit, cum in camera ubi Zulaga solvitur, non aliis quam civibus Gedanensibus merces, ut suas, profiteri licet. Si qui ex civibus jurisjurandi sui adeo immemores fuerint, ut merces mercatorum Polonorum, pro suis professi sint, & ut pro suis Zulagam solverint, eamque in rationes mercatoribus Polonis retulerint, deferantur illi ad Magistratum, ut perjuri puniantur, & quod inique a Polonis mercatoribus acceperunt, restituere adigantur. Mercatores Gedanenses ob Zulagam, mercium intendere pretium, id illis cum omnium terrarum mercatoribus commune est, qui sumtus pro mercibus, in illorum pretium computant: nihilominus merces transmarinæ Gedani minoris, quam in Polonia veneunt, imo quam in locis exteris, ut Vratislaviæ, Francofurti, aliis. Hinc laudanda Gedanensium mercatorum moderatio, qui quamvis Zulagam solvant, minori,

tamen

tamen lucro, quam exteri negotium exercent. Hoc pariter addendum, non omnes merces, quas Poloni emunt, Zulagam solvisse, quod illæ, quæ terra advehuntur, ut portorio sic Zulaga immunes sunt. Sed cur non in Polonia abrogantur vectigalia, ut ibidem minori pretio parari queant merces? de quibus Polonorum mercatorum major querela est, quam de Zulaga Gedanensi, quam a Gedanensibus solutam vix sentiunt.

audacter tuetur, 14) quod auctio vectigalis maritimi, quam Zulagam nominat, & de qua quæritur, non sit vectigal maritimum, sed quod sit species contributionis civilis, impositæ civibus Gedanensibus, & consequens Juris collectandi, sibi permissi per privilegium Casimiri, de anno 1455. Nescio, si post definitionem Zulagæ a me factam, adhuc dubitari posset, utrum caracterem habeat vectigalis maritimi, nec ne? sed bene scio, quod a magistratu Gedanensi non dependebit, decisio caracteris essentialis hujus objecti, & bene persuasus sum, quod quamdiu nominabuntur vectigal maritimum omnes impositiones constitutæ mercibus advenientibus in portum Gedanensem, tamdiu impositio hæc manebit vectigal maritimum in omni forma. Verum quod majus est, constitutio de 1630. Vol.

14) Est utique Zulaga collatio civica, quam non instituit, sed confirmavit Casimiri *privilegium de pecuniis subsidiariis* ab Auctore citatum, quia Zulaga, alio tamen vocabulo, dicto privilegio antiquior est. Contra Auctor ad suam Zulagæ definitionem provocat, qua Zulagam vectigal mercibus maritimis impositum appellavit, creditque mansuram Zulagam vectigal, quamdiu maritimum vectigal, pecunia ex mercibus Gedanensem portum ingredientibus nominata fuerit. Sed pecunia ex mercibus maritimis nunquam vocata vectigal, & procul dubio vocabitur nunquam, cum vectigalis nomen invisum sit in Prussia, & pecunia illa, quam simul pendunt cives & non cives sive exteri, portorium, ea vero, quam soli cives, Zulaga appelletur. Inde Zulaga civica collatio, quia non nisi a civibus confertur.

Vol. 3. fol. 940. tit. *abrogatio*, nominat expresse, istam Zulagam impositionem & vectigal maritimum ejusque cassationem injungit: Cassamus omnia vectigalia maris nomine Zulagæ obvelata.

15) Tra-

tur. Est etiam contra naturam vectigalium, a solis civibus pendi, non vero a peregrinis, cum alias quando vectigalia exiguntur, sæpe minus a subditis, quam a peregrinis exigi soleat. Quoniam Gedanensis Zulaga semper in solius civitatis usum collata est, inde pro sumtuum conditione, modo aucta, modo minuta, imo fuerunt tempora, quibus in breve spatium decreta, eoque finito, sublata, quod necessitas cessabat, ob quam decernere placuerat. Quod ad Constitutionem anni 1638, quam Auctor titulo *Abrogatio* allegat, & in qua Gedanensium Zulagam expresse vectigal vocari, simul abrogari asseverat, attinet, miror Auctorem, constitutionem illam adversus Zulagam citare. Ex constitutionis enim, quæ *constitut. T. III. p. 940. novæ edit.* reperitur, titulo patet, minime in illa constitutione de Gedanensibus & eorum Zulaga agi. Est autem titulus: *abrogatia cel, przez te dwie lecie w Krolewcu cum præjudicio W. X. L. wybioranich.* hoc est, abrogatio vectigalium per hos duos annos Regiomonti in præjudicium Magni Ducatus Litvaniæ exactorum. Neque in ipsa constitutione, ullum de Gedanensium Zulaga verbum, sed tota versatur in vectigalibus Regiomonti sub variis titulis, Zulagarum, gabellarum, accisarum, consojorum, contra antiqua jura institutis, quæ ad querelas Litva-

Litvanorum tolluntur. Male ergo Auctor citat verba: *omnia vectigalia sub nomine Zulagæ latentia abrogamus.* Si Regiomontani, titulo Zulagæ a Litvanis exegerunt pecuniam, necesse est, aliam naturam Zulagæ Regiomontanæ fuisse ac Gedanensium, qui eam a solis civibus suis pendi curant & curarunt olim.

15) Tractatus inter Hollandiam & Dominum Debyi Residentem Poloniæ d. 13. Jul. 1656. Hagæ-Comitum conclusus, probat insuper, quod Zulaga reputata, & recognita sit pro vectigali maritimo, verbis: „ullis vel in accessu vel in abscessu „portorii, sive Pfundzoll, Daciis „vectigalibus, additamentis vulgo „Zulage„.

15) Conventio inter Ordines foederati Belgii, & Regis Poloniæ Residentem, quæ in *Codice diplomatico Regni Poloniæ T. I. p. 518.* legitur, quamque Rex Poloniæ ratam non habuit, minime probat, Zulagam esse maritimum vectigal, quia portoria, Pfundzoll, daciæ, vectigalia, additamenta, vulgo Zulage inter se junguntur, cum etiam diversi sumtus, inter se jungi possint, qui nihilominus diversi manent: ut non sequitur, portorium, Pfundzoll, datias, vectigalia, additamenta, solvi, quia sumtuum illorum fit mentio, cum præter portorium, ab exteris nihil exigatur, & Batavi, ut exteri, Zulaga immunes fuerint.

Cum controversia, quæ extitit 16) ante duo sæcula inter Reges & Civitatem Gedanensem de negotio hujus vectigalis maritimi, originem suam ducit principalem, ex privilegii civitati anno 1455. per Casimirum concessi 17) explicatione, & per explicationem implicatam & sophisticam,

16) In constituendo initio controversiæ, inter Serenissimos Reges & civitatem de Zulaga, Auctor justo largior est, quando eam a duobus sæculis repetit, cum ne quidem duo sæcula transierint, ex quo Stephanus, in portorii communionem venit, qui tantum abest, ut aliquid ex

ſticam, quam magiſtratus voci Zulaga tribuit, laborabo, ut objectum tam clarum & intelligibile, quam fieri poterit, reddam. Summa hujus privilegii 1455. eſt, quod Magiſtratus Gedanenſis debeat habere permiſſionem & facultatem faciendi collectas & imponendi contributiones civibus in civitate habitantibus bonisque eorum, per quas contributiones, nempe ex rhedis, equis, domibus & aliis fundis communitas poſſit ſuppeditare neceſſitatis tempore expenſas, quas civitas facere obligabitur.

Idem

ex Zulaga poſtulaverit, ut etiam nullam ejus mentionem fecerit. Primus Vladislaus IV anno 1638 civitati de Zulaga controverſiam movit & abrupit, civitate Zulagam ſibi aſſerente. Sub Joanne Caſimiro & Michaele nulla fuit de Zulaga disceptatio. Joannes III. noluit de Zulaga in litem descendere, ſed civitati integram relinquendam ſtatuit. Toto Auguſti II. regno, nec non in annum viceſimum ſeptimum, ex quo Sacra Regia Majeſtas feliciſſime regnaverat, licuit civitati Zulaga, ſine interpellatione, frui, notumque procul dubio Auctori erit, quomodo factum, ut coepta ſub Vladislao IV. de Zulaga controverſia, poſt tantum intervallum, proximo anno reſumeretur.

17) Auctor exiſtimans, controverſiam de Zulaga, præcipue ex interpretatione privilegii Caſimiriani ortam, meliorem, quam Magiſtratus, quæ ipſi implicata & ſophiſtica videtur, dare conatur, quod ſcilicet per illud privilegium Magiſtratus facultatem nactus ſit, civibus in civitate habitantibus, eorumque bonis, ut rhedis, equis, domibus, & aliis fundis, tributa irrogandi. Ita Auctor agit legis interpretem, verbis legis non citatis, forſan ideo, ut lectoribus ſuam explicationem eo facilius perſuadeat. Sunt autem privilegii germanice ſcripti verba: Daß

ſie

sie nach Heissunge der Zeit und Sachen, Hülfgelde, von allerley Güter und Kaufenschaft, und allen Sachen und Dingen aufsetzen und niederlegen nach ihrem besten Gutdünken. Et posset quæri, cur Auctor vocem Kaufenschaft, res mercatorum, quibus commercium exercetur omiserit. Ideone, quod metuerit, posse vocem illam ad Zulagam, quæ ex mercibus mercatorum exigitur, transferri? Sed quia historia, legum fidissima habetur interpres, repetamus ex *Historia Prussica Schützii*, quem scriptorem Auctor & quidem merito, magni facit, ut etiam fidelissimum & maxime classicum Prussiæ historiographum vocet, quid illo tempore Gedani obtinuerit. Is *f. 209. p. 1.* anno, qui Casimirianum privilegium præcessit, scilicet 1454, perhibet: „ pecuniam subsidiariam „(Hülfgeld) cujusvis facultatibus, „navibus & mercibus advectis & „evectis, (auf Schif und Güter, die „aus- und einführen), & omnibus „potulentorum domesticorum & ad- „vectorum generibus, in civitatis „necessitates impositam fuisse„. Et proximo anno post privilegium Casimirianum 1456. pecunia subsidiaria omnibus bonorum & mercium terra & mari advectarum & evectarum generibus irrogata est. *Schütz f. 254. p. 1.* Sic constabit, quid Casimirus in suo privilegio per Kaufenschaft intellexerit, qui minime de rhedis & equis

equis, quos pro mercibus ſubſtituit Auctor, cogitavit, quoniam illo tempore nondum rhedis (Caroſſes) utebantur Gedanenſes, aut tantam equorum copiam alebant, ut ex illis tributum, quo neceſſitatibus publicis ſubveniretur, redigi potuerit. Eſt illa pecunia ex mercibus mari advectis evectisque, non alia, quam Zulaga, quæ olim generali pecuniæ ſubſidiariæ vocabulo continebatur, & cum eſſent pecuniæ ſubſidiariæ genera varia, pecunia ex mercibus per Zulagam a reliquis pecuniis ſecernebatur, quæ appellatio decimo ſexto ſæculo orta, ita tamen, ut promiſcue, Zulaga & pecunia ſubſidiaria, diceretur, donec ſola Zulagæ vox in uſu maneret. Neque hoc ſilendum, pecuniam ex mercibus maritimis, nunquam vectigal dictam fuiſſe.

Idem privilegium 18) renovatum fuit poſt biennium anno 1457, & Caſimirus prævidens forte, quod magiſtratus poſſet extendere hanc permiſſionem ultra ſuos limites, addidit ſequentia verba: „ea „tamen conditione, quod Magiſtra„tus Gedanenſis nunquam poſſit ul„lum imponere vectigal maritimum, „aut impoſitionem navigationi„.

18) Caſimirus neque renovavit anno 1457 privilegium ſuum proxima nota memoratum, neque circumſcripſit, interdicendo Magiſtratui poteſtatem vectigal navigationi imponendi. Utrumque dum affirmat Auctor, in utroque fallitur. Verum in privilegio Gedanenſium præcipuo (Haupt-Privilegio) Caſimirus ita vetat vectigalia conſtitui, ne priori privilegio de pecuniis ſubſidiariis derogetur, ut ſupra nota (9) monitum. Quod etiam argumento eſt, Caſimirum pecunias ſubſidiarias quaſcunque, civibus imponendas,

19) Poteſt

pro

pro vectigalibus non habuisse, cum vectigalia interdixerit, & tamen subsidiarias pecunias confirmaverit.

19) Potest itaque Magistratus augere contributiones ordinarias in casu necessitatis, & imponere taxas novas civibus, necessitate id exigente. Augmentum contributionum ordinariarum vocatur accisæ &c. &c. *Zulagæ additamentum*, *additio*, vid. Pactum de anno 1592. 11. Sept. cum contubernio braxatorum initum it. confirmatio Vladislai IV. de anno 1633. & Magistratus, qui privilegium quæstionis juxta suam convenientiam explicat, audet tueri, quod augmentum a se pro commodo suo factum vectigalis maritimi regii non sumatur titulo vectigalis maritimi, sed titulo contributionis civilis, si e. g. dolium cerevisiæ dedit duos Tymphones pro accisa, (quæ est contributio civilis), etsi hæc impositio augeatur duobus sextantibus, ita, ut istud dolium duos Tymphones & duos sextantes solvat, isti duo sextantes appellantur 20) Zulaga seu augmentum. Verum hi duo sextantes æque sunt accisa, quam illi duo Tymphones. Ergo si volumen pannorum aut cadus olei Gedanum mari advectus solvit, e. g. Imperialem pro portorio aut vectigali maritimo Regis, & si Magistratus 21) augeat istud vectigal maritimum tribus Imperialibus,

19) Novum plane est, quando Auctor ait: Zulagam significare auctionem, additamentum ordinariorum tributorum, Accisæ & aliorum, idque ex conventione a. 1592 inter Magistratum ac contubernium braxatorum, conventionisque confirmatione Vladislai IV. probare conatur. In conventione citata nihil de Zulaga, tanquam accisæ additamento, sed memorantur collectæ civicæ de omnibus commerciorum generibus singulisque mercimoniis. „Si vero, sunt conventionis verba, „hæc civitas futuro tempore novarum collectarum subsidialium, vulgo Hülfgelder, opus habuerit, ratione istarum procedi debet vigore „privilegii Casimiriani, ita ut Ordines ejusmodi collectas civicas de „omnibus commerciorum generibus singulisque mercimoniis & rebus vendendis in usum civitatis judiciose statuant, injungant & imponant: modo hac lege, ut futura onera non solum accisæ braxeariæ & cerevisiariæ imponantur, „sed in omnibus æquitatis ratio advertatur„. Neque in decreto Vladislai IV. 1636, quod forsan Auctor per confirmationem Vladislai IV. intelligit, non legitur Accisæ additamentum, sed civica contributio.

Contra





bus, ita, ut iſte cadus inpræſentiarum ſolvat quatuor Imperiales loco unius, quæro, utrum iſtud augmentum trium Imperialium non habeat eandem naturam, quam primus Imperialis habuit, id eſt, naturam vectigalis maritimi, ſub quo titulo exigebatur? & hoc ipſum eſt, cui Magiſtratus ſtudet contradicere. Interea memor eſſe debuiſſet, quod non ipſius ſit, ſed principis 22) explicare ſenſum voluntatum ſuarum: „principis enim „æſtimatio eſt, quem modum be-„neficii ſui eſſe vult,„ & forte oblitus eſt non exiſtere leges in Polonia, 23) quæ impetrantibus concedant explicationem privilegiorum & quod contra Sigismundus in ſuis ſtatutis disponat: „quod privilegia „non debeant in alium ſenſum ver-„ti, item quod ubi ſpecialis men-„tio de telonio facta non eſt, juri „regio reſervetur.„ Vol. I. Conſtit. p. 373. &c.

Magi-

Contra in alia conventione inter Magiſtratum & braxatores anno 1638, acciſa braxatorum a braſeo, diſtinguitur ab additamento civico, vulgo *Zulage.*

20) Auctio acciſarum ex cereviſia, nunquam fuit Zulaga appellata.

21) Poſt Tractatus portorii, minime auctum eſt portorium, neque per illos Tractatus augere licet. Zulaga non eſt portorium, utrumque confundere, error eſt.

22) Ante Caſimiri privilegium, Gedanenſes habuerunt jus, civibus ſuis ex mercibus maritimis irrogandi pecuniam. Caſimirus hoc jus per privilegium de pecuniis ſubſidiariis confirmavit, & poſt privilegium, Gedanenſes, quoties publica neceſſitas exigeret, ſine Sereniſſimorum Regum contradictione, vetuſto hoc jure uſi ſunt, in quo ne unquam civitas turbaretur, Caſimirus in fine illius privilegii Sereniſſimos ſuos ſucceſſores omnes obſtrinxit. Quid ergo poſt trium ſæculorum uſum explicatione opus eſt? Et Sereniſſimi Reges ſatis explicarunt, cum Illorum Singuli omnia jura confirmarent: præmiſſo etiam in coronatione ſollemni jurejurando. Alias notum eſt, privilegia non eſſe interpretanda, niſi in eorum commodum,

modum, qui impetrarunt, ſecus privilegia non eſſent, quæ ideo expetuntur, ut commoda augeantur. Et quod ſpeciatim ad Caſimirianum privilegium attinet, Gedanenſes non gratis, quaſi merum beneficium, obtinuerant, ſed per merita plane ſingularia, quæ Caſimirus in privilegii præfatione exponit, ubi egregia fides, immenſi in bellum ſumtus, res mari & terra præclare geſtæ, ingens pecunia in honorem & utilitatem Regis ſtipendiariis numerata & alia memorantur. Durum ergo eſſet, ſi quis meritis Gedanenſium oblivioni datis, privilegium per merita impetratum, in illorum injuriam explicare vellet.

23) Privilegium Caſimirianum in alium verteretur ſenſum, ſi aliter quam ex privilegii verbis cognoscitur, & trium ſæculorum uſus confirmavit, explicaretur; & citatum ſtatutum, cujus titulus eſt: *quomodo litteræ & inſcriptiones in bonis Regiis interpretandæ*, nihil ad Gedanenſes & eorum Zulagam. Alias ſatis notum, adverſus Pruſſos ſtatuta & conſtitutiones Regni allegari non poſſe, niſi in eas conſenſerint, cum Pruſſi ſuas habeant leges, quibus teneantur, & Gedanum ſua jura, quibus Zulaga nitatur. Quod ad Regni Conſtitutiones, poteſt, ſi placet, jus publicum Pruſſiæ, §. 76 & 79. conſuli.

(C) 2 24) In

Magiſtratus pro ſecunda ratione allegat locum decreti Joannis III. ubi dicitur: quantum ad Zulaga Scharpau &c. 24) Ideo neque nos quid innovandum eſſe cenſemus, inhærendo privilegiis Caſimiri & Stephani Regum Poloniæ. Intremus in materiam & examinemus vim hujus argumenti, magiſtratus & contubernia opificum, quorum famoſus ille ſutor, Chriſtianus Meyer, orator fuit, controvertebant inter ſe. Rex ut finem faceret hujus diſcordiæ, & corrigeret abuſus politiæ, Gedanum ſe contulit, cumque eo tempore quæſtio erat de contributionibus civium impoſitis domibus, pecuniis capitalibus, & victualibus, id quod vox Zulaga vere ſignificat, 25) e.g. Zulage auf Maltz, Acciſe &c. (ſicuti patet ex definitione, quam Præconſul von der Linde tribuit in jure ſuo publico Gedanenſi), Princeps ille non potuit confirmare quam eadem ipſa jura contributionum. Cui poſſet venire in mentem, ut dicat, quod rex confirmaſſet vectigal maritimum dictum Zulage. Loquiturne de eo decretum? & Rex dixitne unquam: confirmo vobis veſtrum *vectigal maritimum Zulage* nominatum?

Et

24) In verbis ex decreto Joannis III. omittit Auctor, *quia in uſu civitatem hanc ſub Divis Anteceſſoribus Noſtris fuiſſe reperimus*, ideoque &c. Fatetur ergo Rex, non ſolum, quod civitas in uſu Zulagæ ſub prioribus Regibus fuerit, ſed etiam quod Zulagæ, privilegium Caſimiri III. faveat; addens: *inhærendo privilegiis Sereniſſimorum Caſimiri III. & Stephani Regum Poloniæ.* Cum vero nullum pro Zulaga, privilegium Stephani ſit, neceſſario ſequitur, Regem Joannem III quantum ad Zulagam, intellexiſſe privilegium Caſimiri *de pecuniis ſubſidiariis*, ſimul credidiſſe, recte illud ipſum privilegium pro Zulaga allegari, Cujus graviſſimum judicium, Auctor, qui contrarium ſtatuit, merito venerari debet, neque obniti. Ad Stephani privilegium, referenda ſunt bona Scharpau, quorum ſimul mentionem Joannes III. facit.

25) Male detorquet Auctor Zulagam in alia onera, ut ſunt Acciſæ ex braſco Maltz, Acciſe & alia, quo ſenſu Zulaga Gedanenſes nunquam uſi, neque vera rerum ſuarum vocabula ita obliti ſunt, ut ab extraneo doceri debeant. Memorantur in decreto Joannis III. Acciſæ, ſed ſeorſum a Zulaga, & Acciſa piſtorum ex farina ſiliginea ſublata. Acciſæ a doliis cereviſiariis & ex farina triticea minutæ. „Reſpectu autem „Zulagæ,„ inquit Ipſe Rex in eodem decreto,

decreto, „ad ulteriorem melio„remque informationem, tam ex „juribus, quam ex hominibus iſtius „rei notitiam evidentem habentibus, „capiendam deliberavimus, ac in „aliud tempus declarationem in hoc „puncto faciendam rejecimus„. Inde ad trutinanda & revidenda, tum Zulagæ, tum alia jura, nominati Commiſſarii, Palatini Mariæburgenſis & Pomeraniæ, Regni Procancellarius, ſtabuli Regni Præfectus & Cancellariæ Regni Regens: „quo„rum relatione audita, expeditis„que deliberationibus finalem deci„ſionem & declarationem, tum de „aliis, tum de Zulaga Rex fecit „promulgarique mandavit„, & quidem quod ad Zulagam, ita ut proxima nota dictum eſt. Nondum poteſt Auctor ſibi perſuadere, Regem confirmaſſe vectigal maritimum, dictum Zulaga Quia tamen Zulaga nunquam pro vectigali maritimo habitum, confirmando Zulagam, Rex minime vectigal confirmavit. Inde ad quæſtionem Auctoris an Rex dixerit, confirmo veſtrum vectigal dictum Zulaga: reſpondetur, non dixit Rex confirmo veſtrum vectigal, ſed relinquo vobis Zulagam. Auctoris vectigal maritimum eſt non ens, quod confirmationis non indiget.

Et ſuppoſito, quod Rex amplius, quid feciſſet, 26) hoc ipſo jure

26) Quis docuit Auctorem, eſſe ipſo jure nullum, quando Rex ſua

jure nullum esset, quia hæc materia spectat ad omnes ordines regni, cujus exemplum videtur per constitutionem 1637. & 1638. Circumstantiam quam Magistratus referre obliviscitur ad hunc annum 1678. sese referentem, quo Rex Joannes III. terminavit istas controversias, hæc fuit, quod Sacra Regia Majestas a civitate acceperit Capitaneatum Pudensem una cum 200000 Floren. ad suam dispositionem, & 10000 aureor. Hungarical. pro Regina.

27) Non

sua declaratione usum jurium confirmat, ut factum a Joanne III. cum de vetusto Zulagæ jure ageretur? Unde hausit illud juris publici adhuc incognitum præceptum, omnes Regni Ordines tum consulendos esse? Alias in privilegio incorporationis Prussiæ sancitum, „ut omnes „causæ notabiles terras Prussiæ con„cernentes cum communi Consilia„riorum spiritualium & sæcularium, „Nobilium & Civitatum majorum „consilio dictarum terrarum termi„nentur, tractentur & definiantur„. Si ergo Joannes III. novi quid constituisset, & quidem alicujus momenti, fas fuisset in consilium Prussiæ Consiliarios adhibere. Hic vero agebatur, ut dictum, de jure antiquo, quod quidam dubium reddere volebant, & nihilominus Rex hanc habuit juribus Prussiæ reverentiam, ut inter Commissarios, qui inquirerent, duos nominaret Prussiæ Palatinos. Exemplum ab Auctore ex annis 1637 & 1638 allatum, a Zulaga Gedanensium plane diversum est. Non enim tum agebatur de unius civitatis Prussiæ veteri jure tuendo, sed de re plane nova instituenda, de vectigali maritimo, quod sine omnium Ordinum consensu decerni haud poterat, præsertim cum pacta Stumsdorfiensia, nuper a Rege & Republica cum Regno Sveciæ composita, „vectigalia ad eam condi„tionem, quæ ante bellum fuerat, „redigi

„redigi præciperent; ſervata in „omnibus priore æqualitate„. Hoc vero, non ſine gravi in Regem Joannem III. ſit injuria, quæ parum a crimine Majeſtatis abeſt, quando non obſcure inſimulatur, ratione Zulagæ pro Gedanenſibus pronuntiaſſe, quia præter Capitaneatum Pucenſem, ducenta florenorum, & pro Regina decem nummorum aureorum millia accepiſſet. Rex optimus, qui ſupra dimidium annum ſuis ſumtibus, non ſine tædio, in civitate hæſerat, totus in dirimendis controverſiis ac reſtituenda concordia & inteſtina tranquillitate, ſummo jure meruit, donis coli: neque inter Reges primus fuit, Cui hoc pietatis officium præſtiterunt Gedanenſes.

27) Non ignoro, quod mentio facta ſit Zulagæ in Ordinatione, ſed quomodo eſt facta? appellatur Zulaga ærarium Civitatis, ſed non invenio, quod per Zulagam vectigal maritimum intelligatur, niſi civitas & protectores ſui ordinent, quod ærarium civitatis idem ſignificet, quod *vectigal maritimum*, & quis contradicit, quod ærarium publicum ſit Zulaga dictum? Naturaliter locus eſſe debet, ubi contributiones civium deponuntur, quæ ſub nomine *Hülfgelder aut Zulage* veniunt. Tertia exceptio, quam Magiſtratus juribus regiis opponit, ejuſdem eſt roboris & qualitatis, quam duæ præcedentes:

27) Per Zulagam non poteſt intelligi vectigal maritimum, quia Zulaga maritimum vectigal non eſt, ut dictum ſæpius, neque pro vectigali maritimo ab iis unquam habita, qui ſciverunt, quid Zulaga ſit. Eſſet contra ſanam rationem, ſi civitas & ejus Patroni vellent, ut ærarium civitatis ſignificet vectigal maritimum. Concedit Auctor, eſſe civitatis caſſam Zulagam, & locum ubi civium collationes deponantur, & quidem, ut Auctor putat, ſub nomine Hülfsgelder, aut Zulage. Sed quomodo jam Hülfsgelder & Zulage pro una eademque re habet, qui toto ſuo ſcripto contendit, Zulagam eſſe

dentes: confirmat, quod licet præcedentes rationes non validæ reperirentur usus impositionis separatæ ad ipsum adhuc pertineat ex antiquo jure, quod deducit ex *Pfundzoll.* Affirmat, quod a tempore Equitum Crucigerorum civitas habuerit permissionem ad usus suos exigendi impositionem mercium in portum Gedanensem advenientium sub titulo *Pfundzoll.*

esse vectigal maritimum; sequeretur inde, etiam Hülfsgelder esse vectigal maritimum. Sciat vero Auctor, reditus ex Zulaga a civibus, qui eos, ut mos est, receperant, per tempus aliquod, eo loco, ubi reponuntur, donec in cassam pecuniarum subsidiariarum (Hülfsgelder-Casse) inferantur, servatos fuisse, de his reditibus ex Zulaga, in fine Decreti sermonem esse, ut Tertio Ordini, impensæ ex hac pecunia Zulagæ refundantur, & si ea non suffecerit, summa dictis impensis sufficiens, in fidem publicam mutua accipiatur.

28) Postquam hoc perquisivi, invenio in historia Schützii maxime fidelis & classici Historiographi Prussiæ,

29) quod

28) Pfundzoll, quod etiam Pfundgeld dictum, quodque ex decreto civitatum Hansæaticarum, in securitatem & commodum commercii maritimi, ex mercibus mari advectis non solum Gedani, sed etiam in aliis Prussiæ civitatibus, quæ in Hansæaticarum civitatum numero erant exigebatur, *Schützius f. 94. p. 1.* describit, qui simul memorat, Pfundzoll illud fuisse temporarium in certum tempus constitutum & diversum a Pfundzoll, quod ad imitationem civitatum, Ordo Teutonicus induxit. Hoc Pfundzoll civitatum, est mater Zulagæ, quæ ex Pfundzoll orta, quamque civitas in suas necessitates mercibus maritimis imposuit, quæ etiam olim certo tempore circumscribebatur, ut desineret, quamprimum necessitates illæ cessarent,

postea

postea continuata, cum civitas, necessitatibus manentibus, illa carere non posset.

29) quod istud Pfundzoll concessum sit civitati Gedanensi, tanquam medium extraordinarium colligendi pecuniam, quod hæc impositio non longius duraverit, quam necessitas id exegerit, & quod postea suspensa fuerit. Modus perceptionis talis erat: quod supremus Magister tanquam dominus directus, ex ea receperit tres quadrantes & civitas unum, & quod supremus Magister habuerit suum exactorem pro suis tribus quadrantibus, sicuti civitas etiam suum proprium, vid. Schütz. hist. rer. Pruss. p. 93. 94. 113. 144. 146. 151 & 160. Hæc circumstantia non fuit relata in memoriali magistratus, & ego puto, quod in hac proportione repartitio totius proventus vectigalis maritimi inpræsentiarum fieri deberet.

30) Cæte-

29) Hoc Pfundzoll est Crucigerorum, diversum a priore civitatum Hansæaticarum, & recentius, ac civitatibus multum obnitentibus inductum, de quo *Schützius f. 93. 94. 113. 146* &c. Tandem Prussiæ civitates invitæ in hoc Pfundzoll consenserunt, facta 1443 inter Ordinis Magistrum, Conradum ab Erlichshausen, & civitates Culmam, Thorunum, Elbingam, Regiomontum & Gedanum, conventione, quæ in originali, ut dicitur, adhuc superest, cujusque summam exhibet *Schützius f. 151. p. 2.* ex qua patet, non solum Gedanum, sed etiam reliquas memoratas civitates, hujus vectigalis fuisse participes, ut simul non quartam, sed tertiam partem reciperent, ita tamen, ut hæc tertia pars, quando legati ad exteros mittendi, illorum sumtibus serviret. Dum vero hac occasione Auctor Magistrum Ordinis Teutonici directum vocat dominum, posset ex ipso quæri, qui dominus utilis fuerit. Quod ad ejus imaginationem, de partienda cum Rege Zulaga, quam per vectigal intelligit, eodem modo, quo Pfundzoll inter Ordinis Magistrum & civitates divisum, est imaginatio, ut Auctor imaginatur, Zulagam cum Crucigerorum Pfundzoll convenire.

30) Indu-

30) Cæterum hoc argumentum omnem vim amittit per privilegium incorporationis de 1455. ubi istud Pfundzoll cassatum & abolitum fuit in perpetuum. Vid. privil. terr. Pruss. de a. 1455. verbis: Daciam, quæ in vulgari Pfundzoll dicitur, item omnia alia telonea in aquis & terris constituta, tollimus, abrogamus, deponimus &c. &c.

Hæc sunt argumenta, quibus magistratus Gedanensis utitur pro attribuendo sibi proventu annuo de 240000 floren. quorum deberet 31) non solum secundum æquitatem, sed etiam secundum omnia jura generalia & specialia Poloniæ, secundum suas reversales & secundum pacta, quæ existunt, quæ loquuntur, quæ disponunt clare, quæque nulli interpretationi sunt subjecta, medietatem regi dare, & cui interea loco 120000 florenor. tantum 30000 flor. dat, sicuti demonstratum est per tabellam supra allegatam.

32) Ante 150 annos hæc usurpatio excitata fuit a regibus prædecessoribus Sacræ Regiæ Majestatis regnantis, sed protectio, quam magistratus Gedanensis sibi procurare novit, tanta obstacula principum studiis & conatibus, quos illi pro revindicandis suis juribus impenderunt, opposuit, ut loco persequendi

30) Inductum ab Ordine Teutonico Pfundzoll, in privilegio incorporationis 1454 abrogatum est: idque patet ex verbis Casimiri, quæ in eodem privilegio præcedunt: „Silentio tegere non possumus, injuriam Magistri & Ordinis Prussiæ, „in exigenda a mercatoribus subditisque nostris dacia, Pundzoll„.

31) Magistratum non solum secundum æquitatem, verum etiam secundum omnia generalia & specialia Poloniæ jura, secundum suas reversales & secundum pacta, Zulagæ dimidium Regi reddere debere, non probavit Auctor, qui Zulagam tanquam vectigal maritimum, minus legitime exigi, ostendere hactenus conatus est. Fuissetne Zulaga legitima, si divisa cum Rege? Illa vero triginta florenorum millia, quæ Rex pro centum & viginti millibus accepisse dicitur, unde accepit? num ex Zulaga? minime: cum ex Zulaga nihil acceperit.

32) Usurpavit, ut male putat Auctor, Magistratus Zulagam, seu injuste sibi vindicavit, estque ipsius error perpetuus, ad solum Magistratum, referre, quicquid adversus Zulagam ab eo dictum, cum tamen Zulaga omnium Ordinum sit, & quod de ea decernendum, ab omnibus Ordinibus decerni debeat, neque Magistratus

di suum propositum in medio cursu semper retinerentur, & contenti fuerint aliqua pecuniæ summa, quam civitas ærariis regiis dedit. Postea negotia ordinario modo procedebant. Neque tamen alienum a proposito fuerit informare lectores de rationibus initis, illisque indicare 33) summas a civitate datas, exactam ut declinaret perquisitionem.

Stephanus Bathorus conveniebat 34) 1585. cum civitate Gedanensi de celebri tractatu portorii. Articulus maxime essentialis hujus conventionis continet de non introducendis unquam 35) novis impositionibus, in merces mari Gedanum advectas, excepto jure portorii constituto per hunc tractatum, neque augendo unquam jure transitus, portorium sive *Pfahlgeld* dicto.

Interea Sveci victricia arma in bello, quod contra Sigismundum III. sustinebant, in commoda sua vertentes, constituebant tam 36) Gedani, quam Pillaviæ nova vectigalia maritima

stratus ejus administrationem habeat. Nec minus in Magistratum culpam confert Auctor, quod Reges jus suum vindicare non potuerint, qui tamen nihil pro Zulaga egit, nisi una cum Ordinibus cæteris.

33) Num nominaverit illas summas Auctor, docebunt sequentia.

34) Tractatus portorii jam 1584 confectos esse, dictum (N. 3.)

35) De mercibus, quibus nova onera imponi haud debeant, nihil speciatim in Tractatibus portorii occurrere, dictum (N. 4). Fuit tamen illo tempore Zulaga & mansit, cum in iisdem Tractatibus, augere portorium vetaretur. Obiter notandum, novum esse, & portorio minus conveniens, quando portorium vectigalia transitus (les droits de passage) vocatur. Ejusmodi enim appellatio adhuc audita nunquam, & portorium non propter transitum, sed ex navibus & mercibus, quæ portum Gedanensem intrant, & ex portu exeunt, solvitur.

36) Scilicet ad portum Gedanensem, receperuntque Sveci vectigal illud ad finem anni 1635, quo pacta Stumsdorffiensia composita sunt.

37) Quod

maritima in quorum possessione usque ad suum discessum manebant. Hæc ipsa vectigalia maritima sunt, 37) quæ Vladislaus IV. respiciebat, tum ut medium inveniret refundendi sumtus belli, tum ut augeret proventus suos. Intentio regis erat, ut impositiones solvendæ huic vectigali maritimo, quæque ad regem privative pertinerent, reciperentur intra biennium computando de 3½ pro Centum de omnibus mercibus in portum Gedanensem advenientibus. Hæc civitas, cujus commercia certe aliquid pati detrimenti potuissent per constitutum novum vectigal maritimum, omnem impendit operam, ut hoc malum evitaret, & per repræsentationes convenientes & per donum gratuitum de 800000 florenor. effecit, ut disponeret regem a. 1636, ut desisteret a constituenda nova hac contributione.

38) Vix hæc pecunia ærario regis data fuerat, cum prætensiones renovarentur, 39) cumque respublica consensisset per Constitutionem de a. 1637. introductioni vectigalis maritimi regii. Mox comparebant in oris Gedanensibus 40) plures naves bellicæ regis appulsæ in vado civitatis, quæ solutionem exigebant a navibus advectis & evectis vectigalis maritimi in favorem regis constituti. Hæc novitas, quæ certe valde molesta fuit extraneis nationibus commercia

37) Quod tamen contra citata modo pacta Stumsdorffiensia, & quidem contra eorundem 5 articulum: „post restitutionem locorum omnium, vectigalia in eum mox redigantur statum, & in illud jus, in quo erant ante hoc bellum, servata in omnibus æqualitate, uti antea fuit„.

38) Erat ergo donum gratuitum, quo civitas Regem, ut consilio vectigal maritimum instutendi desisteret, permovit. Hanc tamen summam, non integram repræsentabat civitas, sed trecenta & quinquaginta florenorum millia, quæ ex quingentis millibus civitati promissis debebantur, Thesauro Regni delegabat. *Constit. 1633 tit. Assecuratio civitatis Gedanensis & Constit. 1635 tit. Civitas Gedanensis.* Nulla tum a Vladislao IV. Zulagæ facta est mentio.

39) At-

mercia cum civitate Gedanensi exercentibus, inprimis inquietabat Potentias Septentrionis. Habebant illæ hoc vectigal maritimum tanquam fundum, quem rex destinaret ad comparandam classem in mari Balthico omnique studio elaborabant, ut secunda vice suspensum esset. Occasione hujus vectigalis maritimi invenit rex medium accipiendi informationes cum omnibus circumstantiis de Zulaga Gedanensi.

41) Hic princeps cum percepisset, quod civitas in vilipendium jurium suorum regiorum & privilegiorum, induxerit constituere pro se & sub nomine Zulagæ vectigal maritimum novum & separatum a portorio, iisdem rationibus, quibus civitas utebatur, illud vindicavit, ut se opponeret introductioni novi vectigalis maritimi regii.

42) Vide, quomodo Lengnichius se in hac materia explicat: per hoc principium, inquit, in propriis terminis Rex pervenisset ad suum scopum, nec Potentiarum extranearum

39) Attamen Vladislaus IV, post memoratum donum gratuitum, civitati jura, privilegia, immunitates & pacta, seu tractatus portorii, per quos nec nova vectigalia inducere, nec portorium augere licet, novo diplomate confirmaverat.

40) Erant naves tres, ex quibus duæ a Danis abductæ, tertia evasit: interrupto antea a Gedanensibus commercio maritimo, ut exactio vectigalis sisteretur.

41) Ita Vladislaus IV. tum demum rescivit, Gedanenses nomine Zulagæ instituisse vectigal maritimum, cum suum vectigal non successisset. Autor tamen supra controversiam intra Reges & civitatem de Zulaga a duobus sæculis deduxit (N. 16.), nunc vero Vladislaum IV. ex Regibus primum nominat, qui de Zulaga certior redditus fuerit, simul in tribus aliis sibi contradicit, quod Zulaga a civitate; quod in civitatis usum; & quod seorsum a portorio instituta: cum antea Magistratum Zulagæ auctorem fecerit, qui eam in suum commodum ordinasset, & portorio addidisset.

42) Controversiæ de Zulaga Vladislai IV. tempore, quam Auctor ex *T. VI. Historia Prussicæ Lengnichii* ample describit, finis fuit, ut Gedanenses Zulagam, postquam jus suum



rum æmulationem ſibi conciliaſſet, quibus æqualis eſſe omnino potuisſet, ſi rex aut civitas in poſſeſſione fuiſſet Zulagæ. Anno 1638 fuit congreſſus Dirſaviæ. Commiſſarii regis poſtulabant medietatem Zulagæ, Deputati Gedanenſes contra offerebant 400000 florenos, quos Rex accipere recuſabat, quique ſimul per ſuum Commiſſarium declarare juſſit, Sacram Regiam Majeſtatem nunquam fore contentam ſumma pecuniæ, etiamſi tanta eſſet, quantam mare Balthicum contineret. Poſt ruptum hunc congreſſum civitas renovabat anno 1639. propoſitiones ſuas, ablegavit Deputatos ſuos Vilnam, eisque commiſit, ut perſvaderent regi, quo a prætenſione ſua deſiſteret, quæ ſemper erat de medietate Zulagæ, & ut contentus ſit ſumma ſupra memorata. Reſponſio regis, quæ illis d. 10. Jul. per ſupremum regni Cancellarium data fuerat, præcipue in ſe continebat, quodſi Sacra Regia Majeſtas haberet partem ſuam Zulagæ, eandem viciſſim receſſuram a vectigali maritimo recenter propoſito. Hæc materia agitata fuit anno 1639. in Comitiis, ubi ſupremus regni Cancellarius hanc ſententiam dixit: quod cum Gedanenſes varia genera obſtaculorum opponerent, pro impedienda conſtitutione maritimi vectigalis regii, ſe exiſtimare opus eſſe, ut convenientes inirentur rationes, quo diſpoſitiones conſtitutionis ſuum conſtanter tuiti, retinerent & Rex tandem deſiſteret, ſexcentis florenorum millibus, quæ in donum per compoſitionem decreta, non receptis.

43) Regem

tionis de a. 1638. ad executionem deducerentur. Hanc propositionem Senatores congregati valde approbabant unanimiter consulentes, ut ultima vice Commissarii mitterentur, & deinde secundum rigorem procederetur, offerebant de argento suppeditando & de exercitu colligendo, ut in veneratione haberentur leges regni. Vid. Tom. VI. Lengnichii hist. Pruss. p. 158. Dum hæc geruntur, aliam misit deputationem civitas ad regem cum renovata propositione 400000 floren. quod rex ad referendum sumsit, reservando sibi explicationem *ratione Zulagæ* intra spatium duorum mensium. Status Prussiæ congregabantur anno sequenti 1640. in Conventu generali Thorunensi. Materia ratione Zulagæ ibidem in deliberationem venit, omnesque status hujus provinciæ, exceptis civitatibus Thorunensi, Elbingensi & Gedanensi conveniebant unanimiter, quod Zulaga ad regem pertineret, de quo Lengnichius in historia sua ita scribit: status rejiciebant privilegia, quibus civitas sibi attribuit Zulagam, tanquam invalida, declarantes, quod hoc privilegium applicari non possit ad hanc Zulagam, & declarantes tandem, quod status non passuri essent hanc impositionem, nisi regi cederetur. Civitates Thorunensis & Elbingensis supplicabant Sacræ Regiæ Majestati, ut contenta esse vellet summa pecuniæ,

cuniæ, ad quam Gedanenſes partem ſuam collaturi. Lengnich. T. VI. p. 166. Poſt congregatos hos ſtatus Pruſſiæ mox nominavit rex Commiſſarios, ut hance controverſiam componerent. Eorum propoſitio fuit, ut aut novum vectigal maritimum Gedani conſtitueretur, quod ad regem privative pertineret, aut ut Sacra Regia Majeſtas in poſſeſſionem Zulagæ veniret; ſed Gedanenſes cum pro principio poſuiſſent, teſte Lengnichio, ſe nullatenus ceſſuros de jure ſuo, neque quoad vectigal maritimum, neque quoad Zulagam, & nihilominus perſpexiſſent, hance controverſiam complanare minime poſſe, niſi regi ſummas ingentes ſolverent, quæ ſub titulo doni gratuiti offerendæ eſſent, augebant ſua oblata usque ad 600000 florenor. convenientes cum Commiſſariis regiis de proviſionali ordinatione, quibus tamen hæc conditio addebatur, hunc tractatum reputatum iri pro nullo, niſi Sacra Regia Majeſtas eundem approbaverit, & Status & Ordines regni conſtitutione confirmaverint. Verum rex qui fortiter conſtituebat de juribus ſuis ratione Zulagæ nihil cedere velle, hanc conditionem ſimpliciter rejecit, declarans, quod niſi civitas daret partem Zulagæ ſibi competentem, ſe jura ſua valida redditurum de conſtituendo novo vectigali maritimo, vi poteſtatis, quam ordines regni ſibi dedisſent

ſent per Conſtitutionem de anno 1638.

Negotiationes iterum incipiebantur a. 1641. & ideo novus congreſſus Mariæburgi inſtituebatur, qui vero eundem infelicem ſucceſſum habuit, quem præcedentes habuere; Rex fortiter inſiſtebat juribus ſuis, nec ullam accipere voluit ordinationem, niſi reciperet partem ſuam Zulagæ, ex altera vero parte civitas in repulſa ſua perſiſtebat, continuans offerre novas pecuniæ ſummas, vid. per tot Lengnich. h. ſt. Pruſſ. T. VI. Sic indeciſa manebant negotia. Mors reginæ Cæciliæ Renatæ, ſecundum matrimonium Regis aliæque curæ regni impediebant ultimam manum imponere huic negotio & exequi rationes, ab aula initas ad prætenſiones ſuas validas reddendas.

43) Allegavi ſupra ſummas Regi Joanni III. ſolutas.

43) Regem Joannem III. pro Zulaga nihil accepiſſe (N. 26.) oſtenſum.

44) Auguſtus II. glorioſæ memoriæ perſpexit momentum hujus negotii præparavitque omnia, ut revindicaret jura ſua & remederetur huic abuſui tam enormi & injuſto. Jam Sacra Regia Majeſtas commiſerat ſuo Vice-Commiſſario Domino Kœnig, ut neceſſarias faceret perquiſitiones ratione Zulagæ & quam diligentiſſime diſcuteret materiam, quam

44) Quid Zulagæ nomine a. 1732. a Regis Commiſſario, Domino de Bulow, poſtulatum, quidque Rex pro Zulaga declaraverit, ſupra civitatis Ordines expoſuerunt, addito in hanc rem Regis Diplomate. Quid Vice-Commiſſario Kœnig commiſſum, ignorant Gedanenſes.

45) Si

quam magiſtratus novit occultare perſpicaciſſimis.

45) Vice-Adminiſtrator defungebatur officio ſuo cum zelo & prudentia, & relatio, quam regi tulit a. 1703. quæque reperitur in archivo Cancellariæ regiæ luculentiſſime exponit tam juſtas prætenſiones regis, quam damna regi intra quatuor annos regiminis ſui illata, quæque ibi ſunt liquidata ad 264322 flor. Comprobatum eſt magiſtratum Gedanenſem eo tempore 46) ſolviſſe ſummas ingentes, ut ſedaret perquiſitiones Sacræ Regiæ Majeſtatis, quæ occupata bello cum Carolo XII. non neceſſarium eſſe judicabat res ulterius perſequi, cum vero accurata requireretur informatio iſtius negotiationis, magiſtratus Gedanenſis recuſavit communicare acta cum Referendario regni.

47) Ali-

45) Si portorii Vice-Commisſarius Kœnig ea ad Regem detulit, quæ detuliſſe Auctor affirmat, & civitatem incuſavit, quod ejus culpa Rex per quadriennium jacturam ducentorum ac ſexaginta quatuor millium florenorum fecerit, manifeſtum eſt, ipſum portorium & Zulagam miscuiſſe, quaſi Zulaga ut portorium cum Rege dividenda eſſet. Hic autem Vice-Commiſſarii error, juri civitatis officere nequit, ut non officit, cum Auctor illius veſtigiis inſiſtit. Neque Optimus Princeps eam habuit Vice-Commiſſario ſuo fidem, ut in civitatem tanquam ream aliquid decerneret.

46) Ignoratur etiam Gedani, Regem a civitate ingenti pecunia delinitum eſſe. Erit ergo ab Auctore probandum, quod Gedanenſibus objicit. Idem dicendum de hujus negotii tractatione, quam Gedani habitam fuiſſe Auctor credit, & male de Magiſtratu queritur, quod illius tractationis acta, Perilluſtri & Reverendiſſimo Domino Referendario negata ſint, cum ejusmodi tractatio inſtituta haud fuerit. Ubi vero jam illæ ſummæ, quas Gedanenſes Sereniſſimis Regibus pro Zulaga præſtiterunt, quasque ſe nominaturum Auctor (N. 33.) promiſit? Summæ enim

enim Regi Joanni III. & Reginæ donatæ, quas solas memoravit Auctor, non ob Zulagam, sed ex alia causa donatæ sunt, ut supra (N. 26.) ostensum.

47) Aliquot anni elapsi sunt, cum querelæ ad regem delatæ essent ratione impositionum, quibus magistratus onerat merces mari advectas & ratione incommoditatum, quæ exinde redundant ad navigationem & ad commercia. Rex eo tempore non informatus de situatione negotiorum hasce querelas tanquam clamores inanes credebat; neque enim Sacra Regia Majestas sibi persvadere potuit,

47) Sed qui illi, qui ad Sacram Regiam Majestatem, Dominum Nostrum Clementissimum querelas de oneribus mercibus maritimis impositis, quasi justum modum excederent, detulerunt? De civibus merito dubitatur, & Poloni querendi causam non habent, cum Zulagam non solvant. Quorumcunque autem hæ fuerint querelæ, non illæ cum Magistratu communicatæ sunt, ut respondere potuerit. Neque solius Magistratus est, in iis, quæ ad commercia pertinent, aliquid mutare, sed simul reliquorum Ordinum.

48) Magistratum Gedanensem in contemtum legum & earundem dispositionum exactarum sibi arrogaturum potestatem ponendi in ærarium suum septem partes proventus, ex quo dare deberet medietatem regi, & ex quo nihil ei solvit, quam unam partem de octo, adhuc minus Magistratum ausurum talem perpetrare actionem, cum non plus juris habeat, quam argumenta frivola, quæ modo allegavi. Magistratus, qui quotannis vectigal maritimum augebat, dum illud, quod regi competit, in tabella ante duo secula

48) Dictum jam antea, Magistratum nihil ex Zulaga recipere, ut posset suas facultates augere. Neque est in solius Magistratus potestate, Zulagam aut augere aut minuere, sed omnium Ordinum. Portorium per Tractatus portorii nullo tempore augeri potest, quæ supra ipsius Auctoris fuit sententia. Mercatores Poloni nunquam solverunt Zulagam, quare eam acsi solvissent, in rationes referre, ac quantum solverint exhibere nequeunt.

49) Con-

cula constituto reliquit, coegit tandem plures mercatores regni, ut exhiberent Regi extractus rationum suarum, qui ostendebant Sacræ Regiæ Majestati admirandam differentiam inter vectigal maritimum ipsius & illud, quod magistratus accipit. Cum rex constituisset jubere, ut tres Consules Civitatis juramentum præstarent, qui simul sunt 49) Commissarii vectigalis maritimi, Sacra Regia Majestas eo misit Referendarium Regni Comitem de Podoski, ei simul committens, ut quam exactissime se informaret de omnibus, quæ ad negotium quæstionis spectant.

49) Consules quibus a Magistratu cura portorii mandata, rectius Præfecti portorii, quam Commissarii vocantur. Commissarius portorii appellatur, quem Sacra Regia Majestas constituit, ut partem Regiam ex portorio recipiat, præter quem etiam Vice-Commissarius est.

50) Referendarius Regni fecit, quæ potuit, ut mandatis suis defungeretur, & post factam revisionem librorum, qui rationes portorii continent, & post acceptum juramentum Commissariorum,

50) Rescriptum Regium, quod Illustrissimus & Reverendissimus Dn. Referendarius Magistratus exhibebat, portorii & eorum, quæ ad portorium pertinere credebantur, non Zulagæ mentionem faciebat, quare Dn. Referendarius facultate destituebatur agendi de Zulaga, neque de illa, ut collatione civica, coram Regis Commissario disceptare licet, neque solus Magistratus de ea respondere potest cum ad omnes Ordines, ut cæteræ collationes civicæ, pertineat.

51) postulavit a Magistratu explicationem necessariam super tribus sequentibus punctis;

Nimirum

I) Utrum præter vectigal maritimum

51) Egrediebatur ergo limites mandati, ut proxima nota dictum, Perillustris & Reverendissimus Dominus Referendarius, deflectendo ad Zulagam, quam initio non nominabat,

mum regis merces Gedanum mari advectæ oneratæ sint aliis impositionibus, & quomodo istæ impositiones nominentur?

II) quis recipiat istas impositiones?

III) quo titulo & privilegio exigantur?

Hactenus & priusquam Magistratus acceperat communicationem istorum punctorum, nullum erat elogium, quo non decoraret Commissarium Regis, omnemque satisfactionem super ablegatione sua testabatur, sed memoriale, in quo postulabatur supradicta explicatio, signum dedit ad excitandos omnium animos contra Commissarium. Tum nulla erat machina, nullus ingenii nervus, qui non intenderetur ad evitandam hancce explicationem, nabat, sed sub aliis vocabulis intelligebat.

52) mox repræsentabatur, quod Commissoriale nullam faciat mentionem Zulagæ, mox quod Zulaga nihil commune habeat cum portorio regis, significabatur audacter in scripto regni Referendario petere ab eo Magistratum vehementer, ne se ingerat in negotia, quæ ad 53) patrimonium civitatis spectant, quasi rex non haberet potestatem inspiciendi administrationem redituum civitatis, quos Magistratus administrat, qui tandem relationem regi tulit, in qua varias propositiones exposuit,

54) partim

52) Rationes, quibus Magistratus adversus Dominum Referendarium usus, non solius Magistratus, sed etiam reliquorum Ordinum rationes erant, sine quibus, in re ad collationes civicas pertinente Magistratus nihil statuere poterat.

